



**Dialogus mutuis interrogationibus et responsonibus reddens
rationem ueteru[m] Synodorum, cum generalium, cum
prouincialium : item uisitationum, & nuper habitae synodi &
uisitationis, pro pastoribus Comitatus Nassouiensis, sun
illustri & generoso Domino Guilelmo Comite : simul[que]
explicans eiusdem synodi & uisitationis acta, que lecta &
cognita, & alijs regionibus multum utilitatis adferre possunt.**

<https://hdl.handle.net/1874/406596>

DIALOGVS MV-

TVIS INTERROGATIONIBVS ET RE
sponsionibus reddens rationem ueterū Synodorum, cum
generalium, tum prouincialium; item uisitationum,
& nuper habitæ synodi & uisitationis, pro Pa-
storibus Comitatus Nassouensis, sub illu-
stri & generoso Domino Gulielmo
Comite: simulq; explicans eius
dem synodi & uisitationis
acta, que lecta & cog-
nita, & alijs regio-
nibus multum
utilitatis
adferre possunt.



A V T O R E M. ERASMO SAR CERIO

Anthoniano.

Elexos sequentis Dialogi.

**Apologetica excusatio pro illustri & generoso Comite
Gulielmo, synodi & uisitationis restauratore.**

**Synodus & uisitatio pastorum probantur esse statuta pa-
trum & ueteris ecclesiae.**

**Magistratum Ciuilem religionem curare debere, nec bo-
na conscientia eius curam a se rejecere posse, multis scriptis
ræ locis & exemplis probatur.**

Methodus synodi generalis.

Methodus synodi prouincialis seu ditionalis.

Methodus uisitationis annuæ.

**Examen pastorum in uisitatione habitum, una cum pra-
cipuis fidei articulis, illis propositis.**

**Methodica instructio Superintendentis super intellectu-
illorum articulorum fidei.**

FARRAGO ARTICVLORVM.

Deus.	folio.	23.	Lex.	57.
Trinitas.		27.	Euangelium & eius revela-	
Deus pater.		29.	tio.	61.
Deus filius.		31.	Fides.	64.
Deus spiritus sanctus.		33.	Iustificatio.	69.
Angeli boni.		35.	Vita æterna.	70.
Angeli mali.		37.	Bona opera.	72.
Creatio, & lapsus homi- nis.		39.	Crux.	76.
Liberum arbitrium.		46.	Sacramenta.	79.
Promissio.		52.	Oratio.	82.
Ecclesia,		53.	Magistratus.	84.
				Illustri

ILLVSTRI AC GENEROSO PRINCIPI DOME.
no Gulielmo Comiti Nassouensi, Cartocubitensi, Vian-
dino & in Diez &c. M. Erasmus Sarcerius Annemont-
anus S. D. P.

Ecquid uides, Magnamine Princeps, tandem me stare protinus?
Et me liberare, quançq; fortassis tarde satis, fidem obligatam? At
faubris mora etiam tuas habet laudes. Dominus noster Iesus Christus
Matth. xiiij. 24. cap. requirit in prædicatore, ut fidelis & prudens sit. Ait
enim, Quis nam est fidelis seruus & prudens, quem præfecit Dominus
familio suo, ut det illis cibum in tempore. Fidelem uocat, qui fidelis-
ter & sinceriter docet, & qui fidum agit dispensatorem mysteriorum
Dei. Prudentem, qui uouit prospicere, quid, quomodo, apud quos, &
quo tempore prædicet, sicut seruus in familia curanda iudicio & pru-
dentia utitur, dispensans eisbū alio atq; alio tempore, & alijs aliter pro-
ratione. Et ego seruus in meo officio, quam fideliter & prudenter ege-
rim, ipse de me prædicare nihil possum, hoc tamen unum scio, me ten-
tasse id, quod forte non sum adlecutus. Et sicubi a prudentia deuiaue-
rim, id ut spero, fidelitas resarciet. Iudicium penes Magnanimitatem
tuam, & candidos stabit cadetq; Christianos; & ut iudicium, ita quoq;
patrocinium contra maleulos obrectatores, qui pieratē nelcio qua-
prudentia metuntur carnali, maneat interim ubi uelit fidelitas. Pla-
uit autem tua Magnanimitati Dialogum de Synodis & uisitatione mi-
nistrorum ecclesiae offerre: primum ut ex illo tua Magnanimitas ube-
riorem rerum gestarum in nostris synodo & uisitatione instructio
nem habere; deinde cognitis rebus gestis, erga nostram re-
ligionem pie propagandam uelementius inflamma-
retur. Valeat tua Magnanimitas in Christo,
qui seruet te nobis diu incolumem. Sige-
næ Tengrorum Comitatus Nassoui-
ensis. Anno 1538.

DE SYNODIS.
INTERLOCVTORES.

SUPERINTENDENS, PASTOR, ET
EXAMINANDVS.

PASTOR.

Salue Superintendens, frater & domine in Christo di-
lectissime.

SUPERINTENDENS.

Etu Salve mi Pastor, mihi non minus chara atq; peccati
meum.

PASTOR.

Quę audis noua? quem publicum rumorem? quas obtre-
stationes? deniq; quas sannas & cachinnos?

SUPERINTENDENS.

Qua de re obsecro?

PASTOR.

Ah rogatas? deprouincialis ac ditionali synodo, quam tu
iussu illustris ac generosi Domini Gulielmi Comitis col-
lapsam nuper revocasti, & uerum in usum restituisti: Item
de uisitatione ditionali seu prouinciali, quam tu paucis ab
hinc diebus, eiusdem Comitis iussu celebrasti.

SUPERINTENDENS.

Sanę & de synodo & uisitatione mira audio: imō tragica
& mera piacula.

PASTOR.

Patieris ergo & principis famam & tuam quoq; ita apud
reprobos homines traduci?

SUPERINTENDENS.

Minimè. Nam quid in hoc peccauit uerē pius princeps
meus, qui indiligentia Episcorum collapsam synodū una
cum uisitatione reparare iuxta ueteris ecclesiæ decreta uo-
luit? Quid ego peccauī, qui in tam necessarijs & utilibus
rebus,

DE SYNODIS.

rebus, sine quibus nec sincera doctrina inter prædicatores consistere potest, nec morum honestas, me seruum ac ministerium præbui ad exequenda gratiosi mei domini & uerè Christiani commissar.

PASTOR. Quo autem antidoto medeberis & principis tui fame, & tuę?

SUPER. Sieuicero apud uixos bonos, neq; principem meū, neq; me in restauranda synodo & uisitatione, quicq; aut contra sacram scripturam, aut contra ueteris ecclesiæ decreta peccasse: item, si probauero meo principi ex officio conuenisse synodum unā cum uisitatione reparare: tertio si ostendero principem meū egregiē atq; piē fecisse, qui ad ueterum Cæsarum, regum, principum & heroum exempla, se rebus ecclesiasticis, pro suorum subditorum salute, immiscuerit: tandem si ea, quę circa restorationem, & synodi & uisitationis, item, quę in synodo & uisitatione, acta & gesta sunt, proposuero,

PASTOR. Primum antidotum fortassis satis firmum erit. Secundum egebit probatione & ardua & uehementi. Tertium non minori. Quartum omnium præsentissimum erit, ē quo oculotenus licebit res, ut gestę sunt, corām cognosce- re, quibus cognitis, quisq; facile per se iudicare poterit, an iubendo restituere synodum unā cū uisitatione peccarit prin- ceps, & an tu exequendo iussa peccaueris.

SUPER. Accingar ergo ad primum antidotum proponendum & roborandū. Contra scripturā neq; princeps meus peccauit neq; ego peccare potui. Siquidem constat & in sa- cris literis synodos esse celebratas. Act. 6. ad electionem dia- conorum. Act. 1. ad electionem Matthie, Act. 15. contra gra- uamina legis. Et Apostoli præregrinando nunc has nunc illas ecclesiás à se plantatas uisitarunt, testante id Luca, re- rum ab Apostolis gestarum scriptore. Contra decreta uete-

DE SYNODIS.

ris ecclesiæ non agit, qui ea præstat, & obliuioni tradita in
memoriam reuocat: immo agit contra ueteris ecclesiæ decreta,
que aut præcipiunt, non seruat, aut abusu defodata non pur-
gat, aut collapsa non reparat. Dist. 18. Ca. Quoniam quidem
de Episcopis non celebrantibus synodos sicut Gratianus.
Canonice poenis subiaceat, qui semel in anno concilium ce-
lebrare negligit. Idem eadem distinctione ca. Si quis de illis
qui ad synodum uenire recusat. A communione sit alle-
nus, qui negligit uenire ad concilium. Cæterum de syno-
dis, ut ueteris ecclesiæ instituto, iuste Gratianū Dist. 18. Ca.
de concilijs. De concilijs autem Episcopalibus non aliud in-
dicimus, quam quod sancti patres salubriter ordinarunt, ut
scilicet bini conuentus per annos singulos habeantur &c.
De uisitatione ait eadem Dist. Ca. Decernimus. Decerni-
mus ut dum in qualibet prouincia concilium agitur, unus
quisq[ue] Episcoporum admonitionibus suis infra sex men-
sium spacia, omnes abbates, presbyteros omnes, diaconos
atq[ue] clericos seu etiam omnem conuentum ciuitatis ipsius,
ubi præesse dinoscitur, nec non & cunctam diocesis suę ple-
beni congregare nequaquam moretur: quatenus coram eis plet-
uissime omnia referet, que eodem anno in concilia acta vel
definita esse noscuntur.

PASTOR. De primo antidoto quod satis firmum sit non
dubito quicq[ue]: nisi in hoc errari principis tuus, quia non un-
cto Episcopo commiserit synodi & uisitationis curam: qui
si est error, & tu erraueris, qui te non unctum Episcopum
passus es ad Synodi & uisitationis reparationem trahi.

SUPER. Sed de his satis. Pro secundo & tertio antidoto
stabunt hæ sequentes rationes. Ex Gratiani decretis nunc
certi sumus, & synodum & uisitationem esse ueteris eccle-
siæ statuta. Sed quia synodus tñmā cū uisitatione apud quas-
dam nationes incuria Episcoporum prouersus intercederat:
apud

apud quasdam (sicut & in hac regione) in extremum per-
tulerat abusum: iam Episcoporum officium fuisset prorsus
prostratum synodum una cum uisitatione restituere: & ab-
usu contaminatam purgare: uerum quia id illi non faciebant,
quare ciuiles magistratus (in hac Nassouica ditione Domi-
nus Gulielmus noster) in alijs regionibus alij atq[ue] alij prin-
cipes pro suo officio coacti sunt, illud resarcire, quod Epic-
scopi sua negligebant. Et dum haec praestiterunt
principes, nihil insolens neq[ue] impium commiserunt.
Habet enim magistratus Psalmo secundo mandatum su-
sciendi Christum: sic enim loquitur Dauid. Et nunc reges
intelligite, eruditimini qui iudicatis terram. Seruite domino
intimore &c. ergo & potestatem habet magistratus institu-
endi & erigendi eas res, que pro Christo & uerbo faciunt:
quales res sunt synodus & uisitatio.

P A S T O R. At non decuit ciuilem magistratum se immisce-
re rebus ecclesiasticis, quas Episcopi, & prælati Ecclesiæ cu-
rare debent.

Et esto Synodus apud quasdam nationes inter ciderat; &
apud quasdam abusu foedata fuerat: nonne de iure conueni-
sent Episcopis & Prælati restauratio & purgatio?

S Y P E R. Equidem. Nam in hoc & integra regna, poten-
tes ducatus, amplias ditiones, arcis aérias, & in plano po-
stas, urbes munitas, pagos & villas unâ cum prædijs ad Sar-
danapalicas usq[ue] diuitias instructis, episcopi & prælati à Ce-
saribus, regibus, principibus, & alijs heroibus uiris accepe-
runt.

P A S T O R. Credis propter synodum celebrandam & uis-
itationem, tanta bona ad episcopos & prælatos ecclesiæ trans-
fuisse?

S Y P E R. Qui hoc non crederem, Cesares enim, reges, prin-
cipes

DE SYNODIS.

cipes & alij uiri heroes, cum uiderent se ciuilis regni officijs plus equo grauari, hoc pacto, ne nimium grauarentur, aut nimium grauati, subditos negligere cogerentur, rerum eccl^elesiasticarum curam ad solos episcopos & praelatos abire passi sunt: qui cum & hi essent homines, multis bonis ad sustentandum se opus habuerunt,

PASTOR. Ergo rerum ecclesiasticarum cura aliquando ad ciuilem magistratum pertinuit:

SVPER. Quid n*on*? An ignoras Iosue principem & ducem Israeli suo populo praedicasse? Iosue octavo, ubi sic legitur. Et primum quidem benedixit populo Israe*l*: Post hec legit omnia uerba benedictionis & maledictionis, & cuncta que scripta fuerant in legi uolumine. Nihil ex his que Moyses iusserat, reliquit intactum &c.

An te fugit praeceptum regibus de cura religionis datum. Deuteronomij decimo septimo: Postquam autem se derit rex in solio regni sui, describet sibi Deuteronomion legis huius in uolumine, & habebit secum, & leget cunctis diebus mitre sua, ut discat timere dominum Deum suum, & custodire praecepta eius &c.

De Davide quomodo ille religionis curam habuerit, an non, nota sunt tibi ea, que extant primo Paralipo. capite decimo sexto. Constituitque cor amara domini de Leuitis, qui ministrarent, & recordarentur operum eius, & glorificant atque laudarent dominum Deum Israe*l*: hinc tot canitores templi, tot psaltes, tot leuites, tot sacerdotes, tot tandem cantores a Davide in ministerium domini electi atque distributi, de quibus omnibus lege lib. i. Paralipo. cap. 23. 24. & 25.

Porrò que nunc plus rex David pro seruanda religione ordinauerat, ea postea promouenda exceptit Solomon filius & cognitione Debet ciuili sapientia rex sapientissimus. Nam

Nam iuxta patris sui dispensationem officia ministrorum templi per certas uices & dies certos distribuit. De Iosaphat rege Iude, quid egerit, ut & ipse pro se, & suis praesentibus subditis castam retinere posset religionem, eamq; & posteris castissimam relinquere: nonne illud scriptum est,
¶ Paralipo. cap. 17. Cumq; sumplisset cor eius audaciam propter uias domini, etiam excelsa & lucos abstulit. Tertio autem anno regni sui, misit de principibus suis: Benhail, & Obadiam & Zachariam, & Nathanael & Micheam, ut docerent in ciuitatibus Iuda, & cum eis Leuitas & sacerdotes, docebantq; populum in Iuda, habentes librum legis Domini, & circumibant cunctas urbes Iuda, atq; erudiebant populum.

De alijs regibus cum Israelis tum Iudea quid dicam? qui ex uehementissimo zelo profycera religione, nunc exulta nunc lucos abstulerunt, populumq; ad uerum dei cultum revocarunt.

De Constantino Cæsare nō potest te, alioqui uariae lectionis hominem, latere religionis studium. Hic cum cernebat ecclesiam miseretur turbari Arriana heresi, non solum iudei cauit sui esse officij, subditos ab iniuria & iniustitia tueri ac defendere: nisi & puram doctrinam saluam retineret; quare & concilium Nicœum conuocauit, concilio ipse interfuit, in medio episcoporum & doctorum hominum sedit, & laus sibi hoc duxit: inquiens. Nam & ego tanq; unus ex uobis nunc adsum. Non enim negauerim id, de quo gaudeo me esse cōministrum uestrum, quod attinet ad praesentem disputationem. Verè exclamat ille. O dignum laude principiū, qui iudicauit sui officij esse, ut ipse interesset cognitio ni, & cum doctis conferret.

Nec Marciani imperatoris sententiā te fugere credo, quæ extat. Dist. 96. ubi ait se interfuturū cognitioni, Constanti

DE SYNODIS.

ni exemplo, ut ueritate patefacta, rursus tollerentur dissidia.
Quid non laboris subiit magnus ille Theodosius Cæsar, pro extirpanda Nestorianâ hæresi, & pro reparanda tum prope amissa ecclesiæ pace?

Henrici & Ottones Cæsares, quanç à multis uerè heroïcis uirtutibus rebusq; egregiè gestis cōmendentur: tamen propagatæ religionis summam laudem tulere. Et ut exemplis finem faciam, quadrabit ad præsens institutum nouissimum electionem, tum confirmationem summorum pontificum, olim ad Cæsares pertinuisse: successu uero temporis ui & tyrannide ad Cardinales Romam abiisse.

Postremo nisi cura religionis & rerum ecclesiasticarum ad ciuilem magistratum spectasset, nunç Esaias uocasset reges nutritios ecclesiæ, & reginas nutritrices. Nec papa Nicolaus dixisset, principes non interesse conuentibus episcoporum in cæteris controversijs, præter fidei causam, quæ omnibus cōmunis est.

PASTOR. Quę nunc enumerasti exempla ducta à Cæsariis, regibus & principibus, ad antiquos Cæsares, reges & principes pertinent: sed quo iure nostri curam religionis agent, & rebus ecclesiasticis se immiscebunt?

SUPER. Eodem iure, quo reliqui antecessores. Primi ex mandato dei, quod extat Psal. secundo. Nunc reges intelligite &c. ubi præcipit spiritus sanctus ciuili magistratu, quo Christum seu Euangelium suscipiat. Vocat enim ibi David seruire domino, apprehendere Euangelium, & promissiones de Christo, de quo totus ille secundus Psalmus agit. Ast in quem finem iubetur magistratus apprehendere Euangeliū, & promissiones de Christo: num ut ipse solus apprehendat & saluus fiat? Non sed ut curam ueræ religionis etiam pro suis subditis suscipiat, illis synceris prædicatoribus prospiciat, hos uero ordinet, conseruet & alat.

Secundo

D E S Y N O D I S.

Secundo, magistratus coactus suo officio, religionis curam aget, rebusque ecclesiasticis se immiscebit: quia pro suo officio suorum subditorum utilitatem in omnibus querere debet. Ast obsecro quem maior potest esse pro subditis utilitas, quam salus anime?

Tertio, cum pulchrum ac decorum simul sit magnorum hominum uestigij sedere, & ad heoum uirorum exempla se suamque uitam formare. Bone deus, qua ratione deflectet ciuilis magistratus a ueterum Cæsarum, regum, principum & heroum uestigij: qui cum omnes & uerbis ac factis declararunt ad se tantum non pertinere rerum ciuilium curam: uerū & religionis: quare nostri principes a tā generosis animis degenerare sine insigni aliqua fame nota non possunt.

Quarto, uidentur & ciuilem magistratum omnem magna cōmoda ad suscipiendam curam religionis impellere: immo Deus qui magistratus tanta cōmoda pro religionis cura promisit, simul & uult magistratum curare religionem. Solomon ait proverb. cap. 25. Aufer impietatem de uultu regis, & firmabitur iustitia thronus eius. Et dominus inquit. Primo Regum 2. Glorificantes me glorificabo. Est autem glorificare Deum, uerbum eius suscipere, illius curam habere, & in illo die atque nocte meditari. David quia uerbum dilexit, & curam religionis habuit: ideo Deus preter omnem rationis intellectum, causam eius felicem ad finem deduxit. Solomone m uerè pium & religiosum regem multis insignibus donis ornauit. Iosaphat in suo regno confirmauit & glorificauit. Iosue coram toto Israël insignem reddidit. Quid credis facturum Deum, si principes nostri denuo curam religionis susceperint?

Quinto, uel ideo magistratus ciuilis curam religionis suscipiet: quia scriptura horribilia iudicia minatur in eos principes, qui Euangelium non curabunt, aut religionem con-

DE SYNODIS.

temnent. David ait. Apprehendite disciplinam, ne quando
irascatur dominus, & pereatis de via iusta: Cū exarserit bre-
ui ira eius etc. Nonne deus extreme puniuit Nabuchodonosor
regem spoliantem templum domini. Danielis 4.

Sexto, cum sine uera religione, nec pax publica consistet
re queat: & subditi ueram religionem suscipere nō audent,
nisi principes prius susceperint: uel ipsa necessitate cogi-
tur ciuilis magistratus denuo religionis curam agere, quo
subditi in officio retineantur, & ne pax publica turbetur,
sieri enim non potest (quantumuis interim glorientur de
causis publicæ pacis, Clodij, Catilinæ & Antonij, qui armis
publicam pacem retinendam esse contendunt) quod absen-
te religione uera (quæ ut præsens sit curare principes opor-
etur) publica pax in mundo subsistere possit. Vides nunc tan-
dem quo iure, & quibus ex causis suscipiat magistratus ciui-
lis curā religionis, & immisceat se rebus ecclesiasticis: Item,
quiccum nondum susceperit, quo iure & quibus ex causis su-
scipere debeat.

PASTOR. Video, & ex his nunc dictis causis satis certus
sum, quātum ego iudicare possum, principem tuū, nec alios
Germanię proceres & heroas, curam religionis temere, &
præter officium, aut suscepisse aliquando aut nunc suscep-
re. Præterea certus iam sum, licere principibus & synodos
& visitationes pastorum reuocare arcę instaurare, maximè
ubi episcopi negligentes sunt, quibus dupliciti de iure conue-
nit curare res ecclesiasticas: partim quia tales uideri uolunt,
& ab omnibus proclamari, quòd ipsi soli sint, qui res ecclesie
curare debeant: partim, quia & in hoc cuncta sua bona à ci-
uilibus principibus acceperunt, ut res ecclesiasticas curent.
PASTOR. Sed audio te duas cōciones habuisse: Alteram
circa synodum, alteram circa visitationem?
SUPER. Habui: & de his cōcionibus rectissimè mones: nā
restat

restat adhuc quartum antidotum, de quo supra dixi, pro defensione & principiis mei famae & meæ proponendum: nimurum ut ostendam, quæ circa restitutionem & synodi & uisitationis: & quæ in synodo & uisitatione acta & gesta sunt. De contione ergo in ingressu synodi coram ecclesia habita, in hæc capita me accipe. Exordium contionis sumptu à publica intimatione præcedente dominica ecclesiæ facta, ut dignaretur ad diem Lunæ, quæ est 29. Aprilis adesse, si multo synodum tam bonum & necessarium opus præcibus suuare. Postea propositionem totius contionis generalem subieci, in qua exaggeranda & ornanda aliquantulum immoratus sum: quam moram in hoc nexi, nō ut uanis & plausibilibus uerbis auditores lactarem: uerum ut propositione amplificata, eo essent attentiores, & ad serio orandum uehementiores. Quemadmodum fieri solet, rerum (de quibus dicitur uelis) dignitate præmissa.

Cæterum quia insolens uidebat, synodi restauratio nem, sine certis causis, nostro principi tribuere, facta digressiuncula, quasi per occupationem nonnihil de Episcoporum officio disputati, qui iure collapsas synodos, aut abusu contaminatas restituere deberent; sed quia id non facerent, cavigli ciuilem magistratum supplere Episcoporum uices. Deinde aliquot scripturæ locis & exemplis ostendi, ciuilem magistratum reparatione nihil peccare: quantumuis etiam insolens & iniustum uideretur episcopis nostris, quod principes rebus ecclesiasticis se immiscerent. Exempla scripturæ unæ cum locis superius attigi: ideo non est opus eorum catalogum subiçere. Addidi & ueterum Cæsarum, regum & principum exempla, omnia satis testantia, ciuilem magistrum rerum ecclesiasticarum restitutione & cura non peccare. Quorum exemplorum farraginem quoque superius subiçeci. Post hæc ut cum grauitate aliqua narrarem, & audito-

DE SYNODIS.

res ad serio orandum pro fœlici synodi successu cōmodius prouocarem, placuit tum rei, hoc est, ipsius synodi perfectam, & ordine methodicam cognitionem p̄mittere. Ocepi autem ab inuentoribus & autoribus synodorum: quia rebus ipsis magnam conciliant gratiam, qui eas p̄imum in uenerunt: maximē ubi inuentores dignitate atq; estimatio nealiqua p̄fūlserint. Synodos ergo originem ab Apostolis trahere, neminem Apostolicarum literarum peritum dubitare dixi. Leguntur enim discipuli p̄ reliquis tres insignes synodos celebrasse. Primum ad electionem Matthei Apostoli Act. 1. secundam ad electionem septem diaconorum. Act. 6. tertiam contra grauamina legis Mosaica, iustificatis per fidem in Christum non imponenda Acto. 15. Patres credidi secutos Apostolos synodos celebrasse: aut factam accepta occasione ab Apostolis, eas uti in Decretis existant instituisse aut ordinasse. Quanq; dixerim Gratianum Dist. 18. cap. de Concilijs, patribus tribuere simpliciter & synodorum & earum rerum quæ in synodis maximè prouincialibus aguntur, inuentionem & dispositionē. Ait enim: De Concilijs autem episcopalibus non aliud indicimus, quam quod sancti patres ordinarunt &c.

Occasionem synodorum necessitatem & periculum doctrinæ p̄ebuisse docui. Necessitatem monstrauit in electione Matthei, & septem diaconorum Acto. 1. & 6. Periculum doctrinæ circa abusum legis Act. 15. Pertinere huc dixi omnes synodos contra hæreses habitas. Sic in synodo Romana, Nouaciana hæresis damnata fuit. In Antiochiana, Samosatenica hæresis. In Nicæa, Arriana. In Ephesina, Nestoriana &c. Synodos monstrauit duplices esse: quasdam generales seu universales: quasdam prouinciales seu diotionales. Illas hodie latino uocabulo concilia uocant: his græcam appellationem reliquerunt. Germani Synodos prouinciales dixerunt

DE SYNODIS.

Ies dixerunt corruptis uocibus, Die Senet vnd Calandt,³
græcis uocabulis mutuantes nomina. Synodus enim & Se-
net corruptè sibi correspóndent: sicut & Calandt, à ποντι-
καλαντιν.

DE SYNODIS SEV CON- cilijs generalibus.



Y nodum seu Concilium generale definiui ex
Gersone, parte prima, de ecclesiastic a potesta-
te, in hunc modum. Synodus seu Concilium ge-
nerale, est legitima congregatio, autoritate fa-
cta ad aliquem locum, ex omni statu totius ecclesiæ, nulla fi-
deli persona exclusa, quæ audiri requirat, ad salubriter tra-
stantū & ordinandum ea, quæ ad debitum régimen eius-
dem ecclesiæ in fide & moribus respiciunt.

Confirmant & hanc definitionem satis, Concilium Ni-
caenum, Ephesinum & alia primitiæ ecclesiæ.

Definitionis declarationem in hac uerba addidit. Con-
cilium generale congregatio est; ergo nondissipatio. Legit-
ima autoritate facta, id est, sine seditione, sine tyrannide,
sine ingestionē conuocandi Concilium: autoritate ecclesiæ,
quæ habet claves, hoc est, ius & potestatem congregandi
atq; conuocandi Concilium: ex omni statu totius ecclesiæ:
id est, ad Concilium non solum clerici, sed & Laici admitti
debent. Sic Constantinus, Theodosius & alij imperatores
cum suis Concilijs interfuerunt. Nulla fidelis persona ex-
clusa, quæ audiri requirat: quæ uerba libertatem generalis
Concilij iuslinuant. Tractare & ordinare generalis Conciliij
effectus sunt. Salubriter & debitum uoces, ostendunt, ne in
generalibus Concilijs, quid statuatur contra salutem ani-
matum & apertum Dei uerbum, quo proscripto aut ad
minus contaminato, non potest animarum salus consi-
dere. In fide: non contra fidem. In moribus: scilicet
honestis

DE SYNODIS.

honestis pro pastoribus ecclesiae, ut uitam Euangelio dignauiant; item, in moribus; hoc est, in necessarijs & utilibus ceremonijs, quo in ecclesia omnia ordine & decenter fiant, & ut indocta plebecula certos ritus habeat, quibus in officio pietatis retineatur, & ad internum acuerum dei cultum prouocetur.

Declarata definitione generalis concilij, quo uulgus alio qui imperitum ueritatem penitus cernere posset, toti definitioni contraria, his uerbis posui.

Contraria definitioni generalis concilij sunt abusus pontificis per tyrannidem introducti, ut,

Dissipare in concilijs.

Conuocare concilia illegittime.

Trahere a se solum autoritatem conuocandi concilia.

Cæsares, reges & principes à iure conuocationis excludere.

Non requirere in conuocando concilio ecclesiæ consensum.

Non admittere Laicos ad concilia.

Agere actorem & iudicem simul. Dist. 17.

Damnare in Concilio inaudita causa.

Pronunciare iuxta priuatam uoluntatem, libidinem &c.

Pronunciare iuxta consuetudines, patrum decreta, scotisticorum somnia, & quorundam Conciliorum deliramenta; etiam si apertum Dei uerbum diuersum suadeat.

Supprimere libertatem Concilij tyrannide.

Tractare & ordinare in Concilijs, quæ sunt contra uerbum dei, & fidei articulos.

Sancire uitæ mores & ceremonias, & ad eas ligare conscientias pro salute animarum impetranda. His plura alia contraria adtexui, quæ omnia enarrare ac scribere & longum & tediosum esset.,

DE SYNODIS.

DE CAUSIS GENERALIS SYNODI seu Concilij.

Conferales Synodos dixi originem traxisse à synodis ab Apostolis frequentatis, quorum uetus glia imitantes patres synodos instituerunt & celebrarunt. Occasionem generalium conciliorum cum necessitas tum periculum doctrinæ præbuit. Sic Nicænum Concilium propter Arrianam hæresim fuit celebratum. Ephesinum propter Nestorianam hæresim. Antiochenum propter errores Pauli Samosateni &c. Annotauit & circa hæc, quod primum omnium Conciliorum non Nicenum fuerit: sed illud, quod Cornelius Romæ conuocari propter Nouatianam hæresim: fuerunt & ante Nicenum adhuc alia, ut Carthaginense, de quo Cyprianus minister, & Antiochienum contra Samosatenum habitum. Licet omnium celeberrimum & frequentissimum extiterit Nicenum, in quo trecenti & decem & octo interfuerent episcopi: anno à Christo nato trecentesimo & 24.

Porro quia de rebus & personis ad generale Concilium agendū necessarijs magna controuersia hodie agitabatur, haud abs re esse duxi, aliquantulum euagarilongius, & ob tertam de rebus quam personis docere. Propter imperium autem uulgaris cōmodius instituendum, placuit tum totam illam controuersiam (sicut & dominus Philippus alicubi præscripserit) in quinq̄ questiones partiri. Prima ergo quererit. Quis habeat ius conuocandi generale Concilium? Responsum dedi in hæc uerba. Ecclesia claves habet, Ergo & ius conuocandi generale Concilium. Argumentum ualere dixi à causa ad effectum. Sed quia ecclesia constat ex laicis & clericis simul: igitur ius conuocandi Concilium generale laicis & clericis simul tribui. Et ne quid teneat respondisse uiderer, adduxi aliquot exempla, que ius

C

D E S Y N O D I S .

conuocandi Concilia olim apud Cesares stetisse ostendunt.
Inquiens: Quem fugit Constantiū Nicænum Concilium conuocasse, Cui obscurum est, Theodosiū Ephesinū instituisse? Quis nescit Constantiū quartum Bizantii Concilium habuisse? Præterea alia atq[ue] alia Concilia Caesarum iussu agitata fuisse, cuic[um] adeo non esse obscurum, quod nihil aliud apertius sit.

Postea probauit certis historijs, ius conuocandi Concilia ad solius pontificis consensum abiisse. Hinc Marcelli, Iuli, Damasi & Gregorij pro hac re decreta.

P A S T O R . At ius conuocandi Conciliū potuit esse priuatū?
S V P E R . Sane nulli esse debuit, nisi regnandi libido securus dictasset. Ius enim conuocandi Conciliū ab illis exerceri debet, quibus ab ecclesia cōmittebatur. Tyrannidis igitur fuit in pontifice, id priuatū facere, quod erat cōmune. Et Act. 15. legitur, quod (orta seditione & disceptatione inter Paulū et Barnabā, & inter illos, qui descenderunt à Iudea, & docuerant circumcisio[n]ē secundum legem Mosaicam) statuerint, non unus aut alter, sed multi de ecclesia Christiani, ut Paulus & Barnabas, & quidam cum illis, proficerentur ad Apostolos & præsbyteros Hierosolymā, Concilij celebrandis gratia, super circumcisionis questione. Tum sanè non stetit penes solum Petrum conuocare Concilium: quemadmodum hodie penes solum pontificem stare præsumitur.

Secunda questio querit, Qui debeant esse in generali Concilio iudices. Respondi. Optimi et doctissimi. Optimos eos vocauit, qui non priuatam gloriam querunt, nō priuata comoda: Item qui non secundum priuatos affectus nunc intantur, nunc remissius agunt. Doctissimos eos nominauit, quos Paulus in epistola ad Timotheum, ad docendum aptos esse uoluuit, potentes exhortari per doctrinam sanam ad convincendos contradicentes. Illos uero optimos uiros ac do-

cissimos

D E S Y N O D I S .

Qissimos feligendos esse prædicati iudices ex tota ecclesia,
non è parte tantum: sed ex Clericis & Laicis simul. Nam
Christus cum dixit. Dice ecclesiæ: summi iudicium uoluit es-
se, non solum episcoporum uerum uniuersæ ecclesiæ. Act. 6.
tota multitudo discipulorū in synodo adfuit, Act. 15. placuit
Apostolis & senioribus cū tota ecclesia, ut delecto sex se se
ros mitterent Antiochiā, quic circumisionis doctoribus ha-
bitate synodi acta aperirent. Et Apostolus i. ad Corinth. 14. iu-
diciū uniuersæ ecclesiæ tribuit, dicens: Cæteri dī iudicent.

Tertia querit. Quis ordo cognitionis esse debeat. Huic
quaestioni his verbis satisfacere laborauit. Vbi incident in
Concilio hæreses discutiendæ, pariter utraq pars audiri des-
bet. Si quidē aliqui non potest certa patere via ad cognitio-
nem. Potestas ciuilis debet exequi decreta concilij: & cū de-
beat exequi iudicia de doctrina, debet conscientiam habere
recte eruditam, quare non tantū alienis oculis uidere debet,
sed suis, & audire & intelligere controuersias. Nec tantum ad
potestatem ciuilis pertinet cognitione, sed & ad ecclesiam.
Est autem potestas ciuilis pars ecclesiæ, ut pie dixit Constan-
tinus in Concilio Niceno ad episcopos, Cōminister uester.
Vide D. Philippum in propositionibus de synodis.

Et Gerson in definitione generalis Concilij uidetur cog-
nitio nem toti ecclesiæ uendicare. Ait enim. Nulla fidelis per-
sona exclusa, quæ audiri requirat. Item Nicolaus Papa Dist.
96. ca. Vbi nam: eandem in Concilio cognitionem si non
tribuit aperte toti ecclesiæ, sanè non adimit. Vbi nam, ait,
legistis imperatores antecessores uestros Synodalibus con-
uentibus interfuisse, nisi forte in quibuldam ubi de fide tra-
statum est, quæ omnii cō munis, quæ non solum ad clericos,
ueritatem ad laicos & ad oēs omnino pertinet christianos.
Pro confirmatione executorum Concilij generalis, &
earum rerum, quæ in illo discernuntur, adduxi exem-

DE SYNODIS.

plum Constantini & Theodosij. Constantinus rebus ordine cognitis ad executionem Concilij Nicæni septendecim episcopos nolentes parere cognitioni & iudicio, in exilium ablegauit. Theodosius celebrato Ephesino Concilio Nestorium in exilium proscriptis.

Quarta quæstio quærit. Quomodo pronunciandum sit in Concilio. Ad quam simpliciter hæc sequentia responsi loco dedi. Ex uerbo Dei, & iuxta uerbum pronunciandum est. Sic Act. 15, Iacobus ex 9. cap. Amos prophetæ pronunciauit in synodogentibus non esse negandam gratiam. Sic Nicænum Concilium ex uerbo pronunciauit contra Arium, Ephesinum contra Nestorium &c.

Quinta quærit. Quatenus scripta patrum, Conciliorum ueterum, & scolasticorum ad pronunciationem requirantur. Dixi quatenus respondeant uerbo. Augustinus ad Cæsulanum. Nullorum scripta ita magnificatio, quod contraria sentire non liceat, si senserint aliter quam ueritas. Gratianus Dist. 9. cap. Noli frater. Ex dictis episcoporum aut patrum non sunt colligenda testimonia contra mandata diuina. Idem Dist. 9. cap. Negare. Quis nesciat sanctam scripturam Cæsar nonicam tam ueteris quam noui testamenti &c. omnibus episcoporum literis præponendam esse? Cyprianus in sermone de lapis. Et quomodo audent quicquid statuere sine Christo, quorum & spes, & fides, & uirtus, & gloria omnis est in Christo?

De consuetudinibus circa pronunciationem idem sentitendum esse putauit, quod cum patrum, Conciliorum & Scolasticorum scriptis. Dist. 8. cap. Mala consuetudo. Mala consuetudo est radicitus euellenda. Nam mala consuetudo non minus, quam pernitsiosa corruptela est uitanda, quæ nisi ratiocinitus euellitur, in priuilegiorum ius ab impijs assumitur & pro legibus ueneratur.

Augustinus

DE SYNODIS.

Augustinus in libro de Baptismo parvulorum, & habetur Dist. 8. cap. Si consuetudinem ueritati opponas, semper est animaduertendum, quod dominus dicit. Ego sum ueritas: non inquit. Ego sum consuetudo. Et certe ut beati Cypriani uerbis utamur) quælibet consuetudo, quamuis uetera, tamen ueritati est postponenda.

Dist. 11. cap. Consuetudinem. Laudabilis consuetudo est, quæ nihil contrarij habet contra fidem.

DE EFFECTIBVS GENERALIS

Concilij seu synodi.

Effectus generalis Concilij ex actis & rebus gestis ueterum Conciliorum, collegi, ut

Curare & tractare ea, quæ pertinent ad utilitatem ecclesie. Sic Act. 6. elegerunt Apostoli Matthiam in locum Iudeæ. Act. 6. septem diaconos, qui pauperum in ecclesia curā haberent. Act. 15. conuenerunt, ut gentes abstinerent ab his, quæ erant immolata simulachris, & à sanguine, & suffocato, & scortatione.

Discutere & dissoluere hæreses: Sic Act. 15. Apostoli hę resin de circumcisione & impositione legum Mosaicarum damnauerant. Nicænum damnauit Arrianam hæresin. Ephesinum, Nestorianam. Gangrense Eustochianam, & alia Concilia alias hæreses.

His effectibus ad texui contrarios abusus pontificis, quæles esse possunt, condere & statuere statuta, ceremonias, artulos fidei, & alios atq; alios ritus contra apertum Dei uerbum.

Sancire has & illas leges propter iustificationis finem. Condita & statuta decreta Concilij, quæ et si non sunt aper- tum Dei uerbum, tamen pro uero Dei cultu proclamarunt. Ordinare ciuiles leges, quibus regantur homines in regno ciuili.

C iij

DE SYNODIS.

Deliberare in Concilio, quomodo ecclesiastica bona per pontifices, per arma atq; bella retineantur &c.

DE SYNODIS PROVINCIALIBVS.

Porrò quia generalia Concilia, & laboris sunt magni & sumptuum non paruorum: nec tamen deficiunt paucim & semper quotidiani casus, per maturam & prudentem de liberationem meliorandi atq; in integrum restituendi: quare dixi prouinciales synodos institui cœpisse, singularum prouinciarum seu etiam ditionū bis in anno celebrando: Alteram ante dies Quadragesimæ: alteram circa tempus Autumni. Et hę maximē trahunt originem e synodis Apostolorum.

DE F I N I T I O S Y N O D I P R O V I N C I A L I S.
Prouinciale synodus definiuit ex Gratiano. Dist. 19.
cap. De Concilijs autem. Item ca. Propter ecclesiasticas. Prout
Prouincialis synodus est, quam Episcopi per suas prouincias, quibus præsunt, in hoc celebrant bis in anno, ut in illa, de omnibus querelis, quae inter diuersos ordines nasci affolent, iudicetur: Item propter ecclesiasticas causas & controv
uersias dissoluendas.

DE CAVSIS SYNODORVM PRO VINCIALIUM.

Prouincialium synodorum occasionem necessitati ad scripsi: postq; certum est sine prouincialibus synodis difficulter seruari posse synceram doctrinam, & morum uitæ in ecclesiasticis personis probitatem. Ius conuocandi prout
VINCIALEM synodum episcopis non adempli, nisi quod consimil requisiti, qui cum debeat synodi prouincialis executores agere, portet eum etiam assentire conuocantibus episcopis.

P A S T O R. At uesta synodus proxime habita, p episcopum non est

nō est cōuocata, neq; cōsensu episcopis ergo illegitima fuit:
 SUPER. Non fuit illegitima, postq; episcopus nostræ ter-
 ræ collapsam, restituendā non curauit. Satis itaq; fuit con-
 sensum ciuilis magistratus habuisse. Esto indiligentes epis-
 copi, nunq; agerent prouinciales synodos: nunq; igitur es-
 sent agendæ, cū illarum intermissio sine magnis periculis sie-
 ri nequeat:

Affessores & qui præsunt synodis prouincialibus ex opti-
 mis & doctissimis colligendos esse cōsului, aptissimos ad re-
 gē secundam scripturam, & potentissimos in uerbo ad con-
 undendos ueritati contradicentes.

Ordinem cognitionis in synodis prouincialibus ad hanc
 formam disposui, quod equum sit audire omnes, qui audiri
 cupiunt, nullam personā contemnendam esse, sed infimam
 cum suprema audiendam. Et ubi incident hæreses & aliae
 controversiæ, utramq; partem audiri debere.

Potestatem ciuilē, quia debet exequi decreta synodi pro-
 uincialis, non uolui excludi: imo placuit eam unā assidere,
 audire, intelligere & cognoscere controversias: nō tantum
 alienis oculis uidere.

Pronunciationem in controversijs, quantum fieri pos-
 test, ex uerbo formandam esse placuit: item, ex precibus con-
 sentientibus cum uerbo. Et hoc unicum cauendū esse suasi,
 ne nouum dogma & ueteri ecclesiæ incognitū aut admitta-
 tur aut recipiatur. Decretum præcipit omnibus presbiteris
 & diaconis in synodis præsentes agentibus, & omnibus la-
 sis, ne aliunde, quam à synodo expectent sententiam.

DE EFFECTIBVS PROVINCIALIS SYNODI.
Effectus prouincialis synodi ex decreto hos sequentes
 protuli. De omnibus querelis, que inter diuersos
 ecclesiæ ordines nasci assolent, iudicare. Dist. 18. ca. De Con-
 cilij. Dissoluere causas ecclesiasticas & controversias
 Dist.

DE SY NODIS.

Dist. 18.ca. Propter custodire & cum solitudine meditari diuinā ac uiuifica domini præcepta. Dist. 18.ca. Quoniamquidem.

Illis addidi declarandi gratia & hos,
Agere de rebus ad utilitatem ecclesiarum & ædificationem
spectantibus.

Soluere inscripturis dubia,

Componere controvērsias.

Rimari doctrinā & uitę mores in ecclesiasticis personis.
Meditari ecclesiarum statum.

Dispicere utiles & necessarias, nec contra uerbum Dei
impia ceremonias, quibus indocta plebecula ad internum
Dei cultum rapiatur, & ut omnia in ecclesia cū decoro fiant.

Abrogare & doctrinam impiam & ceremonias impias.

Animaduertere in ecclesiastica bona, ne autem comutentur,
dilapideuter, diminuantur & abalienentur.

PASTOR. Quid uero statuisti de magnis controvērsiis no-

cituriſ ſyncretarum doctrinæ & paci ecclesiarum, quæ in synodis

prouincialibus componi ſæpe nequeunt?

SVPER. Eas ueteri de more ad superiora capita, & eos, qui

nobis autoritate & eruditione sunt superiores mittendas eis

ſe docui.

His omnibus expeditis, egi de poena episcoporum non
celebrantium synodos prouinciales: Item, de poena eorum,
qui uocati pere episcopos, ad synodos uenire recusant. Dist.
18.ca. Peruenit. Peruenit ad aures nostras, quod in prouinciis
constituta episcoporum Concilia minime celebrentur,
hoc ex eo probatur, quod multæ, quæ correctione opus ha-
bent, ecclesiasticæ res negligantur. Statuit ergo hæc sancta
synodos, secundum patrum regulas bis in anno in unū con-
uenire per singulas prouincias episcopos, ubi singula quæ
commiserint, corrigantur. Qui uero noluerint conuenire

episcopi

episcopi constituti in suis civitatibus, & hoc maximē cum
fine sui corporis sanitatem consistentes, & ab omnibus alijs
urgentibus necessitatibus, & inexcusabilibus negotijs libe-
ri, licere eos fratrnæ charitatis commotionibus corripi.

Dist. 18. ca. Si quis. Si quis aut adesse neglexerit, uel coe-
tum fratum ante dissoluatur Concilium, crediderit dese-
tendum, alienat s se à fratum cōmunione cognoscat. Nec
eum recipi liceat, nisi in sequenti synodo fuerit absolutus.

De contemptoribus eorum, qui præsunt in synodis pro-
uincialibus allegati Decreti uerba Dist. 18. ca Non oportet.
Non oportet uocatos episcopos ad synodum, contemnere,
sed adire debere & aut docere aut doceri, que sunt ad ecclæ-
siae cæterorumq; correptionem utilia: quod si contempse-
rint, seipso uidentur accusare: nisi forte ire non possint.

Et quia de publicatione eorum, que in synodis prouincia-
libus acta, & gesta sunt, decretum patrum Dist. 18. ca. De-
cernimus, extat: promissi ecclesiæ uisitationem pastorum,
ut executricem & reuelatricem rerum in synodis prouincia-
cialibus gestarum.

Post remo imposito colophone ipsi contloni, adhortatus
sum populum ad preces, idq; à gruitate earum rerum, que
essent tractandæ in synodo. Monui & orandum esse pro ma-
gistratu, ut si que aut abolenda prorsus, aut in melius mu-
tanda obtingerent, ad executionem facilior esset. Tandem
orandum esse suasi pro omnibus necessitatibus & periculis
maximē præsentibus, pro pastoribus synceris, pro magi-
stratu Christiano, & pro alijs rebus, & personis, & id more
consueto. Et sic populum dimisi, & ad paratum prandium
modestissimè accessi.

P A S T O R. Quid facto prandio egisti: aut quibus auspi-
cias synodum cœpisti.

DE SYNODIS.

SUPER. Summam contionis de synodo & eius utilitatibus paucis coram omnibus pastoribus & ministris ecclesiaz refricauit: postea totam synodum, aut potius res omnes propter quas uidebatur iussu illustris & generosi nostri Comitis synodus collecta esse, in quatuor propositiones seu questiones disposui, quo ita melius & facilius ad agendum accedere mus.

Prima questione proposita fuit doctrina in hæc uerba: An doctrina que his temporibus in maxima germanie parte, & alijs regnis ac regionibus prædicetur, & quam illustris & generosus Comes noster, unâ cum reliquis Germaniæ, allorumq; regnum ac regionū principibus, Euangelium per suos prædicatores profitentibus, prædicare permittat, sit Euangelica, apostolica, ueteri ecclesiæ consensu pia & Christiana doctrina. De hac uero si quis adhuc dubitaret, aut eam nondum talem cognosceret, qualis à nobis, qui in uerbo aliquantulum consenimus, cognita esset, dixi, liberum id esse unicuiq; suam sententiam proferre: & hoc propterea, quo inter nos omnes certa ac indubia doctrina constare possit.

Cæterum ne pastores aut rubore aut timore confusi atque perterriti, minus respondere auderent, unumquemq; per se singulariter denuo eandem questionem interrogauit, incepido ab illo, qui senio omnes reliquos excellere uidebatur, donec ad ætate insimum peruenirem.

Quidam de doctrina simpliciter confitebantur eā Euangelicam & apostolicam esse: quidam angustiantes conscientiae scrupulos manifestabant: quidam hoc in illa: quidam aliud desiderabant. Ego uero pro officio meo, quantum angustia temporis patiebatur, confitentes doctrinā ueram & sinceram esse commendauit: reliquos uerbo ad meliorem doctrinæ intellectum instruxi, simul me in quantibus & ceteris in

teris in scriptura uerè nutritis pastoribus. Tandem eò res rediit, quod uno ore omnes, in magna conscientiarum tranquillitate confessi sumus (modo externæ confessioni credendum fuit in omnibus) currentem nunc in maxima Germania parte, & in alijs aliquot regnis ac regionibus: item, in illustris & generosi nostri domini Comitatibus & Domina tibus, doctrinam Euangelicam, apostolica m, ueteri ecclesiæ consentaneam, piam & Christianam esse.

Secunda questione testimonia & de doctrina pastorum, & de uitæ moribus inquisitiui. Verum ut interrogati minus abhorrent perhibere testimonia, & illi, de quibus erant testimonia perhibenda, coram præsentes non confunderentur, passus sum eos à coetu secedere, quorum causa ad testandum alij prouocabantur.

De senioribus primum inquisitum fuit testimonium, & datum etiam, donec ordo & iuniores tetigit. Reperti in doctrina cauponatores, serio admoniti fuerunt de sincera doctrina & discenda & plantanda. In moribus improbi, additis simul & magnis minis, ad honestatem morum & uitæ integratatem, quodammodo per compelle intrare, fuerunt compulsi. Porro contaminati adhuc doctrina non solida, & uicijs uitæ malis, meliora promiserunt.

Et quia communis plebecula in officio pietatis retineri non potest, nec alia ratione, ad internum Dei cultum & amplectendum & persequendum incitari: nisi exterius ceremonijs, & oculis expositis ritibus: ut interim tacitum, quod absq; his ceremonijs & ritibus, nihil suo ordine, nec cum decoro in ecclesia fieri queat: quare tertia questio ne, primum de sacramentis percunctatus sum singulos pastores: num illa ecclesiæ iuxta ordinationem Christi ministriarent, & de eorum usu indoctum uulgas probe instituerent. Deinde quia iussu illustris & generosi nostri

DEI SY NODIS.

comitis, aenee meum in has terras aduentum, per D. Heylmannum pastorem Dillenberensem, pro oportunitate huius regionis, ceremoniae quedam & ritus in libellum pio studio coniecti erant, etiam à summis uiris satis probati in publicum iam prodierant, interrogavi num eos summa diligentia seruarent, donec per generale Concilium aut saltem aliquarum prouinciarum prouinciale, meliores exhiberentur nobis.

Addidi & pericula, quæ ex diuersitate ceremoniarum saepe accidunt apud infirmos, qui alijs acq[ui]alijs ceremonijs, quas eadem regio non habet easdem, offendis solent. Et qui circa ceremonias segnes reperti fuerunt, simul promiserunt meliora.

Quarta questione egredi cum pastoribus, & reliquis ecclesiæ ministris, de parochialibus bonis: num ea adhuc seruant integra, num dilapidarent, num sine consensu ciuilis magistratus aut diuenderent aut cōmutarent. Et hæc ideo, ne posthac dilapidatis bonis parochialibus, successorem deficeret uictus, quo deficiente, difficilius possent aptæ ad docendum personæ in ecclesia comparari. Si quidem errores & circa hanc questionem inciderunt, promissione restitutio bonorum parochialium discussi & compositi fuerunt.

Post questionum illarum quatuor propositionem, multa alia pro oportunitate huius regionis in cōmune proposuitis, dissolutis etiam quibusdam questionibus, è difficultibus scripturæ locis collectis, & quas his temporibus in promptu solutas habere etiam refert.

Post hæc, facta adhortatione ad cognitionem & executionem sincere doctrinæ, & ad uitam Christo & Euangeliu dignam, pastores unâ cum reliquis uerbis ministris dimisi. Et hæc in restituitione primæ synodi tractata fuerunt. Quid

Quid autem in sequentibus tractabitur, & suo tempore ipse
præsens futurus audies. Quanç̄ propositæ quatuor que-
stionēs, nobis in synodis omnibus semper satis materiæ ad
conferendum subministrabunt. Nec video que nam ecclæ
siasticæ causæ, non possint ad illas questioñes, tanç̄ ad com-
muniora quædam capita deduci atq; referri.

PASTOR. Tu ergo solus præfueristi synodo: omnia tu so-
lus expediisti & confecisti?

SUPER. Non, habui enim ex iussu illustri & generosi no-
stri principis, aliquot coordinatos assessores, cum nobiles
tum alioqui doctos & egregios viros, qui pro suo officio
autoritatē principis, urgente sic necessitate, ubiq; imposue-
runt, & pertinaces iustis & legitimis rationibus, sape eti-
am minis cohibuerint. on, xilobos nro 10 alia in me capili

PASTOR. Acta synodi principi ne retulisti & ordine e-
narrasti?

SUPER. Omnia & satis prolixæ, ut alioqui sponte curren-
ti & nihil non libenter pro sincera religione recuperanda
facienti, porrò calcaria adderem.

PASTOR. Arriserunt etiam omnia principi?

SUPER. Imo ab illo maximè omnia sunt probata. Qui eti-
am non omnia probasset, cum in synodo præter ueteris ec-
clesiae decreta, nihil esset actum.

PASTOR. Sed de synodo hactenus. De uisitatione habi-
tam à te contionem, & que in uisitatione gesta & acta sunt,
audire gestio.

SUPER. Contionis uisitatorię dispositionem & seriem
in hac uerba accipe. Exordium contionis sumpsi à publica
intimatione ecclesiæ de uisitatione per singularum parochi-
atum pastores facta, ne grauaretur ecclesia ad statutū diem
cuique parochiæ præfixum, adesse, simulq; audire & cognoscere
uisitorum (qui iussu illustri & generosi nostri Comi-

tis ad futuri promittebantur) commissa, in eum finem d^ata, ut cuiusq^z parochiæ status cognosceretur, in hoc, ut inter pastores & reliquos uerbi ministros, sincera doctrinæ honestas uitæ, necessariæ ceremoniæ, & bona parrochia rum conseruari possint.

Et hoc contionis uisitatoris exordium fuit quæcum propositio ne earum rerum, propter quas erat uisitatio instituta.

Sed quia uisitatio in desuetudinem uenerat, & in nunc usuentium hominum memoria exercitata (in his præcipue regionibus) non fuerat: quare occupatione quadam nouis tati erat occurendum.

Probaui itaq^e ex Decretis uisitationem pastorum, & reliquorum ministrorum ecclesiæ, non esse rem nouam: sed a ueteri ecclesia institutam olim, & cum summa ecclesiæ utilitate frequentatā: postea uero negligenter episcoporum apud quasdam regiones prorsus fuisse neglectam: apud quasdam horribili abusu defœdatam, idq^z non sine ecclesiæ extrema iactura, & omnium ferè articulorum fidei contaminatiōne.

Deinde ortum suum unde traxerit uisitatio docūs: nimirum ex synodis celebratis, quarum decretā & acta uoluerunt patres per uisitationem publicari ecclesijs. Sic enim sōnat C. qui incipit. Decernimus. Dist. 18. Decernimus ut dum in qualibet prouincia Concilium agitatur, unusquisque episcoporum admonitionibus suis infra sex mensum spacia, omnes abbates, præbiteros omnes, diaconos atque clericos seu etiam omnem conuentum ciuitatis ipsius ubi præesse dignoscitur, necnō & cunctæ dioecesis sue plebem aggregare nequaquam moretur, quatenus coram eis plenissimamente omnia reseret, que eodem anno in Concilio acta uel definita esse noscuntur. Quod si quispiam hæc paruipendenda crediderit, sententia excommunicationis duorum mensium cur-

curriculo persistat usq; quaq; multatus.

Ex quibus Gratiani uerbis facile nunc fuit uisitationis definitionem colligere, quam hoc uerborum tenore sic definiui. Visitatio est executio seu declaratio coram tota ecclesia, eorum, que in synodis coram solis pastoribus & reliquis uerbi ministris, acta & gesta sunt.

Verum quia in synodis semper & præcipue disputatum fuit de syncera doctrina conseruanda : & de falsa doctrina & hæresibus damnandis: ideo non dubitauit pro ipsa ueritate proclamare, episcopos olim uisitantes, uulgas inter uitandum sine dubio de præcipuis etiam fidei articulis instituisse, & simul a perniciolis hæresibus auocasse, ut sic ecclæ uel semel in anno, a suo episcopo audirent præcipua religionis capita, & scirent a quibus hæresibus esset sibi cauendum.

Qua propter & ego in ipsa concione, circa hunc locum fidelissime de præsentibus nunc in mundo hæresibus populum monui. Hæreses fuerunt sequentes.

Anabaptistarum errores.

Sacramenti altaris prophanatio.

Magistratus uiolatio, quem quidam hodie Satanæ ordinationem: quidam naturæ institutum: quidam fortunæ inventum proclamatant,

Bonorum communio.

Campani opinio de Spiritu sancto, quem Campanus negat tertiam esse in Trinitate personam.

Noui monachatus abominationes.

Nouorum Pelagianorum somnia.

Aulicorum Thrasonicæ ostentationes de contemptu-

tum & omnium studiosorum.

In his hæresibus confutandis aliquandiu moram nexui,

uulgas

DE SYNODIS.

uulgas & minis & obtestationibus à tam periculis dogmatibus abstrahens: propositis in hoc exemplis, quibus tragicos euentus illorum fuisse ostendi, qui autem inuenient illas hæreses, aut secuti fuerint. Et quia postrema hæresis atq; aulica altiarum fons & origo est, digressione quadam in aulicos contemptores bonarum artium & omnium studiorum in eorum inuehere cœpi, confutatione eorum sententiam in fringens, qui vocerantur synceram religionem & publicam pacem, armis & uirilicâ retinendam esse, non artibus & doctorum hominum consilijs. Illis uerè Catilinis, Clo-
dij, Antonij & temerarij hominibus, primum arma pau-
li opposui, que cudit pro uerbo retinendo & alijs rebus spi-
ritualibus. Ad Ephes. 6. Deinde Ciceronis dictum, Cædant
arma tote, concedat laurea lingue, Coaceruui & circa huc
locum horribiles euentus, periere Catilinæ, Clodij, Anto-
nij & similes artium & hominum doctorum persecutores
& subsannatores. A Contrario indicaui & fœlices illo-
rum Cæsarum & principum euentus, qui bonas artes fou-
runt, & homines doctos à consilijs habuerunt.

PASTOR. Nunc demum audio, unde nata fuerit illa ob-
testatio, qua mi tua contio passa est, & adhuc patitur ab au-
lisis, qui mirabilia in ora hominum etiam existimatione ali-
qua præfulgentium, instillarunt: quasi tum inter contionan-
dum solos prædicatores in eolum usq; eleuaueris, nobiles
uerò ad ima usq; inferni cum magno contemptu detruseris.
EVPER. Eorumque dixi inter concionandum contra au-
licos contemptores artium & studiorum aliquam partem
tenes: reliquam sic accepe. Ut uerum fatcar multa de artium
comendatione proposui, de necessitate hominū doctorum
multa: de penuria prædicatorum, & detrimentis ex penu-
ria non pauca: de Theologie, ut doctrinæ, que non est de pa-
ne lucrando, cōtēmptu plurima: de miserabili mundi statu,
supprellis

suppressis bonis artibus, & hominibus doctis propemodū infinita: subinde & elabi passus sum ingratum illud meum dictum: me lubens usurum mundi statum, proscriptis artibus, proscripta theologia, sublati artium studiosis & prae-
dicatoribus: item cognitum an fortis illi Trafones, suis
armis & ui bellica essent publicam tranquillitatem conser-
uaturi.

PASTOR. De nobilium ergo contemptu & suppressione nihil respondes?

SUPER. De nobilium suppressione & contemptu adeò nulla uerba feci, teste hoc etiam illustri ac generoso nostro Comite, testibus alijs tam nobilibus & plebeis, qui simul in contione adfuerunt, quod Cæsares & principes miris laudi bus commendauerim, & miraculum esse dixerim. Cæsares & principes à suis aulicis adulatoribus, & illis artium ac stu-
diosorum contemptoribus, non rapi in odium & studioso-
rum & artium. Si quidem id re ipsa manifestum esse dixi,
Quanto potentiores sunt heroës, tanto pluris faciunt & ad-
mirantur tam artes quam artium professores. In testimo-
nium vocati ueterum Cæsarum, regum & principum ex-
empla: item serenissimum nostrum Cæsarem, Ferdinandum regem Mæcenatem clementissimum. Regem Galliarum in om-
nes studiosos beneficentissimum. Regem Angliæ uerè al-
terum Augustum in doctos. De Germaniæ nostræ prin-
cipibus & heroibus uiris, propter breuitatem nihil uolui di-
cere, qui & amore & officijs ad stuporem usq; in tanta auli-
corum malitia prosequuntur studiosos in genere omnes.

Hoc tamen subinde addidi, ut bonos illos (si dñs placet)
aulicos contemptores artium & studiosorum à longe titilla-
rem. Nos non admodum curare, etiam si unus aut alter fri-
gidus aulicus & artes & earum sectatores contemneret: mo-
do Deus reseruaret nobis à contemptu magnos principes

DE SYNODIS.

& heroes, quorum stipendijs frigidè illi aulici militant.
Postea illos nobiles, qui unā aderant in uisitatione coordinati spectatores & executores, commendauit liberaliter, & contra insultus aulicos consolatus sum, quibus nunc his nunc alijs appellationibus, bonos illos nobiles iam adoruerant, eos Carphetarū socios aulico quodā cōtemptu, appellantes. Tandem multa mihi & toti ecclesie de probis & uero illuminatis nobilibus, in causa religionis pmisi, quorum adhuc multos & me noscere dixi, & superesse certo scire.

Postremo obnixē rogauit auditores, ne factam digressiōnem pro defensione artiūm, mihi in malum interpretarentur. Siquidem eam non mea de causa, sed totius sodalicij & communis utilitatis nomine fuisse à me susceptam.

P A S T O R. Cum imperito uulgo impossibile sit, ut aut per se cognoscat hæreses, aut illis cognitis resistat: nonne signa cognitionis, & quomodo uulgu hæresibus resistere debeant, docuisti?

S V P E R. Evidem docui. Et cum pro imperitiis post longam deliberationem nihil præsentius haberem, ad duodecim fidei articulos omnibus ex equo notos confugi, quos et signa cognoscēdi falsam doctrinā, & media quibus imperiti falsę doctrinæ resistant, feci: simul monens omnē doctrinā, quę non esset in duodecim fidei articulis expressa, aut quę cum illis non conueniret, aut quę in illis includi nō posset, subspectam esse. Et ut omnia fierent apertiora, exemplis rem ita se habere monstravi. Vt, Anabaptistarum rebaptizatio, & baptismi in i^r. usq^{ue} annum procrastinatio, hæretica est doctrina: quia in i^r. fidei articulis non est posita, nec cū illis consentit. Item, Negare in sacramento altaris esse uerum corpus Christi & uerū sanguinem, hæretica est doctrina, quia i^r. fidei articulis aduersatur. Item, Afferere magistrum esse ordinationem Satanæ seu naturæ, hæretica est doctrina.

DE SYNODIS.

Eritura, quia cum 12. fidei articulis non concordat. Et sic de reliquis hæresibus & cognoscendis & refutandis imperium uulgas institui.

PASTOR. Nonne obiectionem illam soluisti, que contra baptismum, contra sacramentum altaris, contra magistratum & contra alias res multas objici solet, quas tamen suscipere & tenere oportet, etiam si in duodecim fidei articulis non sunt expressæ?

SUPER. Solui, id est ex necessario. Nam & si inter duodecim fidei articulos sacramenta expressè non reperiantur: tandem ad duodecim articulos fidei perrinent. Primum quia sacramenta, non exposta rationi, que credere oportet, non comprehendere rationale, non cum Anabaptistis & coenæ prophinatoribus palpare. Secundo, quia annexa habent remissionem peccatorum, que de duodecim fidei articulis unum habet. Sic obediens magistratus, eum pro ordinatione Dei iudicare, ei tributum, honorem & timorem dare &c. hæc inclusa sunt articulo. Credo ecclesiam sanctam & catholicam: ergo non inobedientem, non contemptricem, magistratus, non seditosam &c. Quare simpliciter imperium uulgarum ad duodecim fidei articulos abduxerunt, in hoc, quo ex illos disceret cognoscere hæreses, eas iudicare, & illis resistere. Prolixius tamē apud uulgarum oīa tractauit, quam hic narrare multis exemplis probans, non existere quicq; sanæ doctrinæ quod aut non expressis uerbis in 12. fidei articulis consistat, aut ad eos, tanq; ad generaliora capita non possit referri.

PASTOR. Sed redi unde digressus sis. Quid de præcipuis fidei articulis monuisti inter uisitandum ecclesiam?

SUPER. Eos me declaraturum in proximam sequentem uisitationem promisi. Nam tempus non patiebatur, omnia simul & semel tractare.

PASTOR. Que porrō egisti in contione uisitoria?

D E S Y N O D I S.

SUPER. Occupatione medelam adhibui auditoribus, ne quid sinistre de uisitatione cogitarent, aut illustrem & generosum Comitem, ut restauratorem uisitationis, temeritatis accusarent. Temeritatem igitur in Comite excusauit, qui uisitationem reparare coactus fuit, postquam id episcopi non facerent, neque adhuc cogitant, ut faciant.

Pro amouenda temeritate, superiora Cesarum & principum exempla huc denuo uocauit, que testantur Cæsares & principes summo iure curare sacra, & preter suum officium non esse, se rebus ecclesiasticis immiscere.

In exemplo Iosue, qui ipse populo uolumen Deuteronomij prælegit, ostendi contra quosdam prophanos aulicos, non esse ignominiosum, & si necessitate sic iubente, principes aliquis de uerba religione ad subditos uerba faceret: animo iure debere hoc facere principes prædicatoribus destitutos. Sed quod spectaculum dixi hodie præberet se principes, maximè hominibus aulicis, qui exemplo Iosue suis subditis de uera religione prædicaret?

In exemplo Iosaphat uisitationem iure quodam ad principes & nobiles pertinere declarauit. Iosaphat enim rex Iudeæ, sine dubio cum animaduerteret sacerdotes segnes fieri in docenda lege populum Israeliticum, tertio sui regni anno, misit de principibus suis, ut docerent in ciuitatibus Iuda, & cum eis Leuitas & sacerdotes: docebantque populum in Iuda, habentes librum legis domini, & circumibant cunctas urbes Iuda, atque erudiebant populum.

Hoc exemplum multis uerbis illustrauit, ut ostenderem uisitationem etiam apud Iudeos fuisse celebratam: deinde quo Comitem nostrum illustrem & generosum temeritatis in reparata uisitatione excusarem: tandem & declararem nobiles uisitationi ad ordinatos egregie fecisse, quod se comites, spectatores & executores uisitationis præbuissent.

Enumerata

Enumerata exemplorum congerie, alia occupatione præveni suspicione de tempore uisitationis, quur hoc tempore & non alio haberetur uisitatio: quia cum ante aliquot dies esset celebrata synodus, iam conuenire, ut sequeretur uisitatio, quæ deberet pro ordinatione ueteris ecclesiæ, acta synodi coram ecclesia referare & publicare. Est enim uisitatio nihil aliud, quam executio & declaratio coram ecclesia, eorum, quæ in synodo sunt acta.

Cœpi itaq; hæc ecclesiæ exponere habitæ synodi acta. Primum quomodo in doctrina conuenissimus. Secundo quomodo ad testimonia & doctrinæ & uitæ, & ad sanam doctrinam & ad uitæ honestatem essemus adhortati in doctrina non solidos, & in uitæ moribus improbos. Tertio quomodo in ceremonijs & necessarijs ritibus pactum iniisse. Quarto, quid de bonis parochialibus in synodo es- set actum.

Porrò institute uisitationis causas, ex synodi actis diligenter metitus sum, quo uulgus grauissimas inchoatæ uisitatio- nis causas cognosceret. Idq; in hæc uerba. Fieri fortassis potuit, quod aliquis in synodo, aut ex timore, aut ex malitia, aut ex alijs causis doctrinam nostram adprobarit: & inter- rim cogitare potuerit: quod si domini rediero, pristinas can- tabo nugas. Item fieri potuir, quod aliquis uel ex ignoran- tia nostram doctrinam in synodo iustificari: interim domi- de doctrinam nihil aut parum intelligat: quare nunc uisitan- douenimus, cum pastore uestro specialiter de præcipuis do- ctrinæ capiibus acturi, ne aut se ipsum decipiat pastor ue- ster, aut ecclesiam, quam docere debet, aut Comitē ipsum, qui summa diligentia prospicere debet, ne sui subditi falsa religione seducantur.

Hæsterno ergo uesperi, & hodie mane sub aurore tempus interrogauit pastorem uestrum de his sequentibus ipsius fidelis articulis.

DE SYNODIS.

- Deo.
Trinitate, in genere.
Deo patre.
Deo filio.
Deo spiritu sancto.
Sanctis angelis.
Malis angelis.
Creatione hominis, & eius lapsi.
Libero arbitrio.
Promissione.
Ecclesia.
Lege, & eius speciebus.
Euangelio, & eius reuelatione.
Fide.
Iustificatione, & uita eterna.
Bonis operibus.
Cruce.
Sacramentis.
Oratione.
Magistratu.
Ministris ecclesiae.

Hos articulos coram ecclesia obiter tantum enumerauit,
postea totam ecclesiam super his in testimonium vocauit, ex
aggerando testimonium à iuramento in baptismo Deo da
to, quo in omnibus gloriā Dei querere promisimus: à cha
ritate in proximum, ut si qui intelligerent pastorem, de pra
dictis articulis, aut non recte docuisse, aut non sincere lens
sisse, id significarent prudentiores, ne simpliciores porro
ulterius seducerentur: tandem à iuramento magistratui fa
cto, qui ueritatem de doctrina summopere flagitabat. Ad o
ctrina ad ultæ mores perrexii, & ex his causam uisitationis
& præsentium uisitorum aperui, in hunc quidem sensum.
Fieri

Fieri etiam potuit, quod quis in synodo de corrigena uita & in melius mutanda multa promiserit: nec tamem nunc seruer promissa: quare iam instare uisitationem, & uisitatores adesse praesentes, ut de uita pastoris certa cognitionem accipiant: num uxorem modestam, sobriam, & in omnibus fidam habeat: num liberos in omni subiectione castos eduet: num domum suam recte & prudenter regat: num cum sue parrochiae filijs concorditer uiuat.

Et super his uitae moribus pastoris, testimonium ab ecclesia petij, iuxta predictam testimoniorum exaggerationem. A uitae moribus ad ceremonias me contuli, de quibus & quis multa in synodo polliceri potuit: interim nihil minus nunc praestare: ideo uisitatores nunc huc uenisse, exploraturos de ceremoniis: partim in uerbo Dei prescriptis: partim in Notitia ordinatione: partim in ea, que pro his terris collecta est, expressis.

Testimonium ecclesiae similiter & circa ceremonias flagitauit, simili, ut supra, testimoniorum exaggeratione.

Tandem & de bonis parochialibus egi, de quibus nihil non quis in synodo promittere potuit, absq; tamen promissorum executione: idcirco uisitatores huc iam esse missos, ut & de illis periculum cognitionis faciant.

Nec circa haec parochialia bona testimonium ecclesiae in termisi, quin pro illorum honorum conseruatione non leuiter etiam a causis supra positis, exaggerans testimonium.

Post testimonia nunc dicta & ab ecclesia flagitata, concionis de uisitatione finem imposui, adhortatione facta ad preculas, pro fœlici uisitationis successu, pro magistratu, & uisitationis, & earum rerum, que fortassis essent obuiam uenturæ, executore: tandem pro uisitoribus & uisitandis.

PASTOR, Contionem uisitoriam de qua nunc narrasti, eam tantum in una parochia & illa præcipua, an etiam in alijs habuisti?

Super,

DE SYNODIS.

SUPER. In omnibus parochijs, quæ sub illustri & generoso nostro Comite militant.

PASTOR. Sed queso. Quomodo finita uisitatoria contione ad testimonia ecclesiæ colligenda accessisti? Nam auctio testimonia post contionem, denuo à coordinatis uisitoribus extra tempulum collecta fuisse.

SUPER. A contione (anteq[ue] tamen è suggestu descendente) nomine totius ecclesiæ, ad testimonium super dictis articulis, doctrinam, uitæ mores, ceremonias & parochialis bona tangentibus, perhibendum, seniores, præfatos templi, Schultetas, scabinos, & illos, qui pagis præfunt, & uulgo uocantur Die Heimberger, uocau, qui singulariter ad testimonium iussu illustris & generosi nostri Comitis deputati erant. Illi prædicti post contionem nomine totius ecclesiæ coram coordinatis uisitoribus testandi gratia apparuunt: quibus presentibus, unus è uisitoribus, articulos, de quibus ad testandum in templo prouocati erant, paucis reperiit, & eos nomine illustris Comitis proposuit, simul dato prouocatis testibus aliquo deliberandi spacio.

Habita deliberatione testimonia dedere ad singulos articulos, illa in libellum conscripta fuerunt, & ad illustrem Comitem deportata. Quasdam controversias & illas leuiores, uisitatores ipsi discussimus & composuimus. Deinde datis testimonijs super prædictis articulis & illis præcipuis, porro unus è uisitoribus perrexit interrogare: num amplius aliquid aut grauaminis, aut rancoris, aut rixarum aut similiūm rerum contra suum pastorem haberent, id nunc dicere, & posthac obtrectando pastori tacerent. Si quidem præsentes nunc uisitatores, in commissis habere, discutere & componere inter ecclesiam & pastorem aduersa omnia: quæ autem si discutere & componere non possent, ea inscribere & ad illustrem Comitem discutienda & componenda deferre.

deserere. Si ergo aut grauamina quedam, aut rancores, aut rixæ aut res similes prodire cœperunt, ea omnia à uisita toribus discussa & composita fuerunt: exceptis grauioribus causis, quæ tum discuti & componi sine generosi Comitis aut consensu aut matura deliberatione non potuerunt.

Verum ne & pastorum oblii uideremur, audita ecclesia de suis querelis: & pastores interrogati fuerunt, ut si ipso quocq; aliquot querelas haberent, eas nunc aperirent. Illi, qui quasdam habuerunt, corā uisitatoribus proposuerunt: eas cum potuerunt, discusserunt & composuerunt: reliquas scriptas in libellum uisitatorium ad illustrem Comitem dis scutendas & componendas detulerunt.

PASTOR. Nunc demum & uisitatio aridet, & uisitationis acta. Sed obsecro: num satis erit pro retinenda syncera doctrina, pro morum honestate in pastoribus seruanda, pro ceremonijs puris & necessarijs custodiendis: tandem pro parochialibus bonis conseruandis, semel uisitasse? Item, quid proderit uisitasse, nisi & sequatur illarum rerum, quæ inter uisitandum coinciderunt, executio?

SUPER. Nō, Singulis enim annis reintegrabitur uisitatio! Præterea executio iam in foribus est, quam in suos articulos, in omnibus presens & consentiens illustris Comes, per suos Cancellarios & Secretarios concipi & distribui curauit: & Deus omnis misericordia pater, qui in generoso nostro Comite (ad stuporem usq; multis & propemodum infinitis obstantibus impedimentis) magnum synceræ doctrinæ intellectum operatus est: is etiam curabit, ut breui & uisitationis executio plenissime absoluta in publicam Nasouiensis terræ utilitatem prodeat.

PASTOR. Examen pastorum porrò audire opto, de quo multi multa dicunt: quidam enim mera rotunda: quidam difficultia: quidam intricata: quidam perplexa te interro-

gasse blaterant.

SUPER. Verè blaterant. Et sanè hoc præmium unicum ab ingratis & indoctis alini sfero: quanq[ue] grati & erudit[i] gentes protam amica & fideli institutione gratias egerint: hos laudo & diligo: illos nihil curo. Nam hoc mihi diu persuasum habeo, uulgas hominum, & illos alios, quos poëta ad hoc tantum natos esse canit, ut mortalium numerū complicant, & fruges consumant, magnos labores, magna ingratitudine rependere. Et ut huius rei certa solatia habeam, leo subinde mihi magnorum illorum hominum exempla (ipse nō magnus) ob oculos ponere, quibus uulgas promagnis beneficijs & laboribus reddidit magnam ingratitudinem. Sic Milciadi usu uenit, sic Themistocli, sic Ciceroni & alijs uiris, qui pro communi utilitate aliquando egregie de sudarunt. Sed de examine audire cupis. Examen igitur satis difficile fuit & graue: rotundum uero, perplexum & intricatum an fuerit, tuo relinquam iudicio. Quanq[ue] non dubitem, quod veteribus illis utribus, in quibus nouum mustum nulla utilitate locū habet, examen etiam truculentum & horrore plenum uisum sit. At licet quidam fuerint, qui nihil non superciliosum de examine dixerint: tamen inter illos ne unus quidem credo fuit, qui propositi examinis causas perpenderit. Vnde ergo à Deo non incepisse ea interrogare, quæ scriptura dicitat: maximè his temporibus, in quibus pauci de Deo recte sentiunt. Quæ hodie in Trinitate persona ab hereticis intacta manet? Quām non portentosa hodie de angelis proferuntur! Dedæmonijs quæ non? De creatione & lapsu hominis nonne planè horribilia? Quare num etiam admodum peccaret, qui hodie omnes ferè fidei articulos, à falsis hereticis turbari & in diuersum à uero intellectu rapi diceret? Magnum ne igitur in me illud peccatum fuit, interrogando pastores & eos instituendo

DE SYNODIS.

22

endode præcipuis & difficilioribus scripturæ articulis uera
docuisse? Meliora obsecro mi pastor.

P A S T O R. Dic ergo qua facie primum accessisti exami-
nandos?

S V P E R. Facie serena, amica & blanda: qualitatibus in fa-
cie uerba & amica & blanda addidi, ne ternerem meticulo-
sos: & in ipso congressu, commissorias literas ab illustri ae
generoso Comite concessas, examinandis exhibui, quo illis
mihi commodiorem introitum ad examen facerem. Literas
rum summa hæc fuit, ut singulos pastores uisitarem in do-
ctrina, uita moribus, necessarijs ceremonijs & parochialis
bus bonis: in doctrina autem examinarem, non obiter tan-
tum, sed quò inter examinandum etiam docerem imperitio-
res de præcipuis & difficilioribus fidei articulis. In hac igit
tur re quod potui, prestiti.

Examen uero in hæc uerba exorsus sum: Dilecte in Chri-
sto frater, quur potissimum huc uenerim, id satis tibi notum
esse, uel ex contione habita, uel etiam ex uisis nunc commis-
sorijs literis, haud dubito: de reliquis aduentus mei causis ue-
hic taceam, postrema non est, quo te illustris ac generosi no-
stris Comitatis iussu, in præcipuis fidei articulis examinem pe-
rículumq[ue] tecum in doctrina faciam, ut sit inter nos una ea-
demq[ue] certa doctrina cōsistere queat: quare à te scire cupio,
num te examinandum præbere uelis.

E X A M I. Quia examen hoc ad gloriam Dei paratum est,
concordem ecclesiæ doctrinam & meam utilitatem: ideo ex-
aminari lubens uolo.

S V P E R. Dilecte in Christo frater, cum omnis salus no-
stra in Deo sita sit, à quo & omnium actionum principium
merito sumi debet: igitur & nos à Deo optimo maximo,
nostris examinis exordium sumemus.

E X A M I. Placet exordium, quod ut Deus ipse, à quo hoc
F ij

D E S Y N O D I S.

examen ordinatur, ad felicem finem deducat, opto.

SUPER. Dilecte in Christo frater, cum scriptura innumeris ferè in locis confiteatur & doceat Deum esse, & omnes ferè philosophi (exceptis paucis: nimis Protagora, qui dubitauit Deum esse, & Diagora, qui scribere ausus fuit, primum se ignorare, an dij essent; deinde si sint, quales sint; & Theodoro Cyrenaico, qui nullum esse Deum putauit.) ex lege naturæ eo peruererunt, quod Deum esse concederint; ideo exte nunc quero: num tu Deum esse concedas.

EXAMI. Concedo & firmiter credo. Sed quur tu hanc queris questionem: nam sint etiam, qui dubitent Deum esse? SUPER. Philosophos, qui dubitarunt, an sit Deus, aliquot ostendit: homines securi & carnales prorsus, quam non credant esse Deum, secura & carnalis sua uita satis testantur: reliqui saepe etiam pī, in tentatione, si non dubitent, certe uocillant, an sit Deus. Quare uel propter hos postremos obtestor te, ut hominibus in tentatione constitutis, dubitationem illam, aut saltem uacillationem ex animis examinas. Sed quia non satis est propter quotidianas in tentatione cogitationes & dubitationes, simpliciter credere Deum esse: item quia aliquot philosophi Deum quidē esse concederunt: item tam in Deo prouidentiam negarunt, quam etiam adhuc multi desperati animi negant: ideo exte quero: num in Deo prouidentiam quoq; admittas?

EXAMI. Quid ni admitterem? Verum rogo, dicas mihi, qui philosophi diuinam prouidentiam negauerint: deinde doceas me oro, quid sit diuina prouidentia.

SUPER. Cicerio lib. i. de natura Deorum, multos philosophos existitur scribit, qui diuinam prouidentiam esse negarunt, horum caput alij Epicurum faciunt, ad quem & Ciceronem alludere potissimum uidetur, dum diuinā prouidentiam his verbis adserit, quorum scilicet negantium diuinam prouidentiam

uidentiam, si uera est sententia, que potest esse pietas? que
sanctitas? que religio? Hec enim omnia pure, ac caste tribu-
enda Deorum numini ita sunt, ut animaduertuntur ab his, et
si est aliquid a diis immortalibus hominū generi tributum.
Si autem dii neçq; possunt nos iuuare, nec uolunt, nec omni-
no curant, nec quid agamus animaduertunt, nec est quod
ab his ad hominum uitam permanare possit, quid est, quod
immortalibus ullos dies, cultus, honores, præces adhibeas-
mus?

Lucianus finxit Deum sedere supra nubes oiosum re-
rum mortaliū spectatorem.

Diuina autem prouidentia est, qua Deus creat, gubernat
& conseruat suas creatureas in genere omnes: specialiter ue-
ro credentes uerbo, quibus etiam dat spiritum sanctum gu-
bernatorem & rectorem. Psal. 101. Omnia a te expectant ut
des eis escam. Psal. 164. Qui operit celum nubibus, & pa-
rit terra pluuiam. Psal. 35. Homines & iumenta saluabis do-
mine. Psal. 135. Qui dat escam omni carni &c. Matth. 6. Pri-
mum querite regnum Dei & iustitiam eius: deinde omnia
accident uobis. Spiritus sanctus rector & gubernator certo
sequitur eos, qui sunt in regno Dei, & qui habent iustitiam
eius. Spectant & hue exempla diuine prouidentiae. Exo. 15. Deus
in deserto Israël dedit aquas. Exo. 16. cibum & man-
na coeleste. Marci s. septem panibus & paucis pisciculis nu-
trixit Christus quatuor hominum millia. Matth. 14. quinq;
panibus & duobus piscibus quinq; millia, exceptis mulier-
bus & pueris. Causæ diuinae prouidentiae sunt: Misericordia Del-
Psal. 135. Qui dat escam omni carni: quoniam in eternum mi-
sericordia. Marci s. ait Christus. Tangor misericordia sus-
per turbam &c. Promissio Matth. q. Primum querite rego-
num Dei & iustitiam eius: deinde omnia accident uobis,

D E N S Y N O D I S .

Dilectio Dei: quia Deus diligit suas creatureas: ergo non potest eas deserere. Alia res est cum opifice, qui facto suo opificio, deserit illud & exponit sequenti fortunæ.

In genere prouidet Deus omnibus suis creaturis: igitur prouidentię nullæ partes tribui possunt: quanqu hoc uerum sit, Deum in hominibus credentibus uerbo, & animz & corpori prouidere.

Effectus diuinę prouidentię precipissime.

Creare

Gubernare

Conseruare

Alere

Fouere

Tueri

Defendere

Creaturas.

Porrò concessisti Deum esse, nec simpliciter esse: sed etiam prouidere suis creaturis, & illarum perpetuam curam agere: restat ut nuncte rogem, quomodo & quisbus ex medijs Deus cognoscendus sit. Dupliciter ergo Deus cognoscitur: Ex lege naturae, & ex uerbo. De cognitione Dei ex lege naturae loquitur Apostolus ad Ro. i. his uerbis: Si quidem que sunt inuisibilia illius, ex creatione mundi, dum per opera intelliguntur, prouidentur: ipsaque eterna eius potentia ac diuinitas &c.

E X A M . Quid sibi uult Apostolus his uerbis: non quod genites ex lege nature tantum cognoverit: Deum simpliciter esse? **S V P E R .** Non. Sed & quod sit Deus: & creer, gubernet & conseruet omnia. Nam hæc cognoscere, est eternam Dei potentiam ac diuinitatem uerè noscere: item, est certoscire, & quod sit Deus, & qualis sit.

E X A M . Sufficit ergo ne haec tanta ex lege naturae Dei cognitio? **S V P E R .** Non. Hæc enim Dei ex lege naturae cognitio lapsu

Adae obscurata est, et infirma effecta, adeò quòd saltem ue-
stigia quedā illius cognitionis adhuc impressa sunt huma-
nis mentibus, que cū uident bonis malè esse, & malis bene
esse, dubitant sāpe, an sit Deus, uel si sit, an curet res huma-
nas; an casu potius oīa eueniant. Oportet uero de cognitio-
nem certā esse; igitur adhuc altera est cognitio ex uerbo, que
certissima est, & certissimē docet, & esse Deū, & quomodo
erga nos affectus sit, & que sit Dei natura ac uoluntas.

E X A M I. Quia solū uerbum certam ac indubiam Dei cog-
nitionem docet: quare nunc facile liquet, philosophos caren-
tes uerbo, perfectam omnino cognitionē Dei non habuisse,
& sāpe aberrasse. **S V P E R.** Id adeò apertum est, ut nihil
aliud magis. Sed queso etymologiam uocabulī dei reddas.

E X A M I. Redderem si scirē. **S V P E R.** Germani Deum uo-
cant à bono vom guten, quia summū est bonum. Grēci ἀπό-
λον θεόν, quod est auxiliari & opitulari. Hebrei Deū A-
donai uocant a ueritate & cōsummata misericordia. Cætes
rum qua naturali appellatione scriptura appellat Deum?

E X A M I. Nunc misericodem Deum appellat, nunc patis-
tentem, nunc clementem, nunc longanimum.

S V P E R. Hæ appellationes & similes, quanq̄ sunt naturæ
nomina in Deo; tamē ad officia dei, p̄pmodum respiciunt.
Verum propria & naturalis Dei appellatio est, qua spiritus
in scriptura appellatur. Ioan. 4. Spiritus est Deus.

E X A M I. Et angelis spiritus uocantur; nullum ergo discri-
men est inter Deū qui est spiritus, & inter spiritus angelos.

S V P E R. Angeli dicuntur spiritus: sed creati; Deus autem
non creatus est spiritus. Ast quur Deus dicatur spiritus?

E X A M I. Quia inuisibilis est & incomprehensibilis.

S V P E R. Non solum propter has causas: uerum multo
magis propter has sequentes: quia non est creatura, & quia
non est sic affectus, sicut sunt sue creature. Exempli gratia.
Nos conferimus beneficia in gratos tantū, & in eos, à qui

DE I SYNO D I S.

Ius scimus nobis recompensationem fieri posse. At Deus longe aliter affectus est, qui sinit solem suum oriri super nos & malos, super iustos & iniustos, super gratos & ingratulos; immo deus sepiissime sua beneficia certin ingratissimos. Item nos tantum sentimus amicos esse diligendos: inimicos uero odio habendos. Deus autem longe aliter affectus est, qui diligit suos inimicos. Matth. 5.

Item nos homines ex cupiditate vindictae irascimur illi, qui nobis male fecit. At Deus ex amore corripit male agentes. Pro. 3. Quem enim diligit dominus corripit.

Item nos multum laborantibus adiudicamus plus mercédis, quam parum laborantibus. Verum Deus multum & parum laborantibus eandem dat mercedem: idcirco iuxta parabolam Matth. 20. Ex his & similibus exemplis recte nunc intelligimus, quoniam Deus dicatur spiritus: quia non est sic affectus, ut sunt sue creature. Monemur itaque hic, ut nos creature Deum qui spiritus est, non ex nobis estimemus, neque rum nos ex Deo.

Item hæc scire, quoniam Deus dicatur spiritus, conducit ad officia totius Trinitatis melius intelligenda & iudicanda. Ut Christus egit Matthæi 6. Primum querite regnum Dei & iustitiam eius. Homines creature inquietunt. O ciues ciuitatis pecunia primaria querenda est, Regnum Dei post numeros. Christus ait. Quicumque asperxerit uxorem alterius concupiscendi gratia, adulter est. Creature homines aiunt. Deus non iudicat de affectibus. Spiritus sanctus arguit mundum de peccato, quia non credit in Christum. Mundus homines quia non sunt spiritus, non credere in Christum pro pecato non putant. Spiritus sanctus arguit mundum de iustitia. Mundus est contra suam iustitiam commendat. Porrò Deus qui spiritus est, quomodo uult Deus ille coli & adorari? EXAMI. Si bene memini, Ioan. ait cap. 4. in Spiritu & ueritate.

ueritate.

SUPER. Sic loquitur Ioannes. Sed quid hoc sibi uult. Deus in spiritu uult adorari & coli? Nam praesens questio est de cultu Dei, qui spiritus est.

EX AMI. Deus in spiritu uult coli, id est, ex corde.

SUPER. Recte respondisti. At tuum responsum quanquam est, tamen nondum est perfectum pro Christiano homine. Siquidem & Cato ethnicus dixit,

Si Deus est animus nobis ut carmina dicunt,
Hic tibi præcipue sit pura mente colendus.

Cato multum uidit. nimisrum Deum esse animum, hoc est internum aliquid, & ideo pura mente colendum: at hoc non uidit, Deum in spiritu coli uelle, id est, tali corde, & tali interno cultu, cuius formator & preparator est spiritus sanctus. Sensus itaque est huius loci. Deus uult in spiritu adorari seu coli, id est regenerato & puro corde per spiritum sanctum: deinde interno cultu & tali cuius autor est spiritus sanctus.

EX AMI. Ergo Deus non delectatur victimis pecudum, cul-
tu extero?

SUPER. Non delectatur. Ratio est, quia ipse est spiritus, &
quia in spiritu coli uult.

EX AMI. Quid tum dicas de sacrificijs & externo cultu apud Iudeos, nonne ille aliquando placuit Deo?

SUPER. Placuit ut typicus cultus illius, qui nunc fit sub novo testamento in spiritu & ueritate: itē placuit propter uerbum annexum. Finito autem nunc typo, & uerbo à Iudeis remoto, in nouo testamento non amplius ualent externa sacrifice, aut victimæ pecuniae, aut aliæ ceremoniarum: sed opera spiritualia cordis, & affectus regenerati corde per spiritum sanctum. Luctu illud Petri. epistola cap. 2. Sacrae cerdotium sanctum ad offerendum spirituales hostias acceptabilesque deo per Christum Iesum. Ad Ro. 12. Exhibere

DE SYNODIS.

corpora uestra, hostiam uiuentem, sanctam, rationalem cul-
tum uerstrum.

EXAMI. Quid de externo ac papistico cultu dicitis, quo ha-
ctenus est usia prophanata ecclesia, & adhuc utitur, ille ne in-
gratus fuit & est Deo?

SUPER. Maximè est ingratus. Quia non fit in spiritu, quia
non fit corde regenerato, quia externus planè est.

EXAMI. Nullus igitur externus cultus placet Deo?
SUPER. Hic distinguendum est, & sciendū duplēcē esse
cultum Dei, internum & externum. Internus ille est, qui
præcipit in primo præcepto prioris tabulæ. Externus est,
qui in secundo & tertio præcepto prioris tabulæ, & in reli-
quis septem posterioris, præcipit.

TABVLA DE INTERNO DEI CVLTV.

Fidere Deo	in	Spiritu & ueritate.
Diligere Deum		Ex toto corde.
Timere Deum		Ex tota anima. Ex totis uiribus.

TABVLA DE EXTERNO DEI CVLTV.

Confiteri	Nomen seu	Dei.	Spiritu & ueritate.
Laudare	uerbum		
Glorificare			
Honestare			
Magnifacere	Famam		
Commendare			
Dispergere			
Publicare	Gloriam.		
			Lingua.
			Audire

DI SYNODIS.

Audire	{	Spiritu & ueritate,
Discere		Corde & internis.
Suscipere		meditationibus.
Magnificare		
Admirari		
Meditari		
Docere alios		
Requiescere in uerbo		Externis sensibus & operibus.

Pertinent & reliqua præcepta posterioris tabulæ ad exte-
tendum cultum Dei, quia opera posterioris tabulæ in uerbo
præscripta sunt, & quia ea peragere oportet in spiritu, corde
consentiente & per spiritum sanctū regenerato, quia ea fieri
oportet sine hypocrisi ex fide certa & indubia. Tabulas ho-
rum præceptorum vide in nostro Catechismo.

EXAMI. Cum posterioris tabulæ opera ut mera externa
ad cultum Dei referantur, quir nō & nostra opera externa,
que ipsi nos finximus ex bona sanè intentione pro cultu
Dei reputentur?

SVPER. Causas paulo iam ante ostendi, quia posterioris ta-
bulæ opera in uerbo præscripta sunt, ea in spiritu peragere
oportet &c. Ast nostra opera, que nos exulta uerbum ef-
finximus in uerbo non sunt præscripta &c.

Sed de his satis. Quid porrò Ioannes sibi uult particula
in ueritate?

EXAMI. Rogo particulam illam mihi exponas,

SVPER. Veritas opponitur typo, mendacio & hypo-
critis. Est igitur sensus uerborum. Deus uult in ueri-
tate adorari seu coli, id est, tali cultu, qui non est typi-
cus: ueluti testamenti veteris cultus: qui non est præter

DE SYNODIS.

uerbum excogitatus, qui non est fictitius & mendax, qui non est hypocriticus, nec specie & intentione tantum p̄ius. Et Esai. cap. 29 exposuit quid sit Deum in ueritate adorare seu colere, dum ait.

Appropinquat mihi populus hic ore, & labijs me hono-
rat, uerum cor eorum procul abest a me, sed frustra me colunt,
docentes doctrinas & praecepta hominum.

EXAMI. Ex his nunc dictis facile constat, totum Papistis-
cum cultum non fieri in ueritate, non placere Deo, immo ab
ominationem esse in oculis Dei.

SUPER. Sanè non sit in ueritate, neque placet Deo, & reuera-
est abominatio in oculis Dei, idque propter predictas causas.
EXAMI. Est igitur Papisticus cultus prorsus damnandus
& reiiciendus. Ad nihil ergo amplius ualent tot ceremonie
& ritus.

SUPER. Non. Illæ enim ceremonie & illi ritus, qui non
sunt ex manifesto impij & uerbo ex diametro contrarij, reti-
nendi sunt. Melius enim est & longe utilius retinere veteres
ceremonias & ritus, quam nouos instituere, & hoc pro-
pter multa incommoda uitanda. Verum hæc opinio pro-
fusa amouenda est a ceremonijs & ritibus hactenus in usu ha-
bitis, quod ulterius pro cultu Dei iudicentur, cum in uer-
itate fieri nequeant, quia in uerbo non sunt præscripti ritus
illi, & quia in uerbo præscripti non sunt, igitur pro cultu
Dei non debent uenitari. Est & finalis istarum ceremonio-
niarum & rituum usus tollendus, quem contra omnem scri-
pturam Papiste tribuerunt humanis traditionibus de iustifi-
catione & remissione peccatorum.

EXAMI. Pro quibus ergo rebus ceremonie illæ & ritus
illiuenditandi sunt?

SUPER. Pro traditionibus ab hominibus inuentis & ordi-
natris, in hoc ut in ecclesia omnia fierent cum decoro & ordi-

ne. De hoc finali humanarum traditionum in ecclesia usu lo-
quitur Apostolus . ad Corinth. ca. 7. Non ut laqueum uo-
bis iniijciam, sed ut quod honestum ac decorum est sequamis-
ni, Idem 14. cap. eiusdem epistolæ. Ut cuncta ordine siant
& cum decoro.

Cæterum ut examinando pergam. Cum & nos consensu
illustris & generosi nostri Comitis, quasdam traditiones in-
stituimus (sicut habet institutio ceremoniarum & rituum
pro opportunitate huius regionis comparata) pro quibus re-
bus illæ estimandæ sunt:

EXAMI. Pro uerbo ac cultu Dei.

SVPER. Minime. Sunt enim nostræ adiuentiones, & id-
circo humanæ traditiones, in uerbo nō præscriptæ. & quia
in uerbo non sunt præscriptæ, ideo cum uerbo conferri non
debent, neç pro cultu Dei habendæ. Nam cum Papistarū
traditiones non merentur pro uerbo reputari, & pro cultu
Dei, quur nostræ id merentur? Traditiones itaq; sunt hu-
manæ & manent, que cunctæ nobis sunt instituta, in eum
saltēm finem, ut ordine, & cum decoro siant cuncta in ec-
clesia.

EXAMI. Tamen & in hac regione seruamus aliquot cere-
monias ex uerbo sumptas, aliquot similes uerbo. ergo neç
illæ sunt pro uerbo ac cultu Dei habendæ?

SVPER. Cum his ceremonijs alia res est, que sunt de cultu
Dei, & que in uerbo præscriptæ sunt, & alia res est cum me-
ris humanis traditionibus. Porro quæ nunc sentis de causis
Dei? An credis Deum habere causas præcedentes?

EXAMI. Nullopacto. Ad Rom. Quis prior dedit illi, &
reddetur ei? Grego, in 30. cap. Hiob. Deus solus est causa
causarum.

SVPER. De partibus Dei quid dicist?

EXAMI. Deus nō diuiditur in partes. Est enim unus Deus

DE SYNODIS.

Deut. 5. Audi Israël Deus tuus unus es.

SVPER. In genere loquendo, quæ sunt præcipua dei officia?

EXAMI. Si bene memini, legi in tuis locis communibus:

Creare & seruare creata.

SVPER. Officia Dei æterna ne sunt, an temporanea?

EXAMI. Aeterna. Nam cum in Deo officia sunt naturæ
Iia, Deus non potest exuere suam naturam.

SVPER. De heretibus contra omnia prædicta de Deo quid
sentis?

EXAMI. Eas prorsus damno, & Deum quotidie oro, quo
ab illis heresibus me custodiat & conseruet.

EXAMEN SVPER LOCVM de Trinitate in genere.

SVPER. Qui fit, quod tribus personis diuinitas adtribuitur, cum tantum unus sit Deus.

EXAMI. Quia scriptura tribus personis diuinitatem attribuit. Deo Patri, & Filio & Spiritui sancto.

SVPER. Quis sunt illius scripturæ loci?

EXAMI. Matthei ultimo. Baptizate in nomine Patris &
Filiij & Spiritus sancti.

SVPER. Hunc loco adhuc plures adde. Genes. 1. In principio
creauit Deus cœlum & terram &c. Et spiritus domini
ferebatur super aquas.

Genes. 18. Tres uidit Abraham & unum adorauit.

Deut. 6. Audi Israël, Deus deus noster, Deus unus est.

Psal. 67. Benedicat nos Deus, & metuant eum omnes fi-
ges terre &c.

Esa. 6. Sanctus, sanctus, sanctus Deus exercituum.

Paulus. Ipsi gloria, quia ex ipso, & per ipsum, & in ipso
sunt omnia.

Haggei

Haggei, 2. Ego sum uobis & spiritus meus & uerbum
meum.

His locis & addi possunt aliquot patrum similitudines,
quibus probant tres in trinitate personas, de quibus infra.
Sed de uocabulo personæ, in hoc sensu accepto, quæsto est ne
illud uocabulum scripturæ.

E X A M I. Addubito num scripturæ uocabulum sit.

S V P E R. Non est uocabulum scripturæ. Verum illud pa-
tres inuenerunt propter multas hæreses uitandas. Præterea
ut nobis inferuirent, qui uocabulum personæ sine aliquo pe-
riculo intelligere possumus. Sic enim patres dixissent: Tres
spiritus, aut tres creaturæ, aut tres res, fortassis id maiori
periculo uulgi factum fuisset. Significatur autem personæ
vocabulo individua substantia, intelligens &c. Et quia ser-
uit ad ueteres theologos intelligendos, de personæ uoca-
bulo certi aliquid scire: quare hic disces ex Budæo Annota-
tore, ueteres olim has tres uoces sine magno aliquo discri-
mine confudisse, ἡώσαον, οὐδὲ τρι, καὶ τριπλάσιον. Et Nazanze-
nus scribit, personam olim fuisse acceptam pro hypostasi.

De uocabulo Trinitatis quid sentis?

E X A M I. Id à te audire cupio.

S V P E R. Verè sentiunt, qui Trinitatem dictā putant, quasi
tres personas unius eiusdem unitatis. Malè sentiunt, qui
Trinitatem dictam existimant, quia tres sunt dij. Augus-
tinus de inquisitione Trinitatis. Quur non tres Deos dici-
mus, patrem & filium & spiritum sanctum? Respondeo.
Quia una substantia est, Pater, Filius & Spiritus sanctus.
Proinde unitas substantiæ prohibet, tres dicere deos & cre-
dere. Idem libro octauo de Trinitate. Trinus & Tri-
nitas significant pluralitatem in rebus fundatis in natura;
triplex autem & triplicitas pluralitatem naturæ.

Quare

D E S Y N O D I S.

Quare pater, filius & spiritus sanctus, potius dicuntur Trinitas, quam triplex.

E X A M I. Sed mirabile est hoc, Trinitatem esse unitatem, & unitatem Trinitatem?

S V P E R. Et Augustinus dixit de visitatione infirmorum lib. 2. ca. 2. Trinitatis unitas, & unitatis Deifica Trinitas, mirabile sacramentum, magis credendum, quam exprimendum.

Spectant & hoc similitudines patrum, quibus probarunt Trinitatem esse unitatem & unitatem Trinitatem. Augustinus lib. 2. de symbolo ad Catechumenos. Ecce in igne tria conspicimus, lumen ignis, splendorem, & calorem: & cum sint tria, unum tantum lumen est: simul exurgunt, simulq; consistunt. Gerson super Magnificat tractatu 12. Sunt ista in sole, lux, fulgur & seruor, sic uniformiter in diuina essentia.

Refert & hic scire, ut tres personae in una substantia se ad inuicem habent. Respondet Augustinus de inquisitione Trinitatis. Pater & Filius & Spiritus sanctus, relativa nomina sunt: & ut dominus ad seruum, & seruus ad dominum se habent: ita pater ad filium, & filius ad patrem refertur. Spiritus sanctus, quia spiritus alicuius est.

E X A M I. Est etiam Trinitas separabilis in personis?

S V P E R. Respondet Augustinus de speculo cap. 2. Trinitas est inseparabilis in personis & intelligentia, licet in ueritate separabilia habeat nomina.

Sed de officijs Trinitatis quid sentis?

E X A M I. Non satis certo scio, quare tu certa mihi dicas, oratio.

S V P E R. Quidam Isaiae nomine dixit. In una deitate tres sunt personae. ita tamen ut in singulis proprium aliquid sit. Pater scilicet hoc haberet proprium, quod ipse sine origine aliorum sit. Filius hoc haberet proprium, quod genitus genitori non sit posterior. Spiritus sanctus hoc proprium habet, quod non factus sit, neque

DE SYNODIS.

sit, neq; genitus, & tamen sit ex altero.

Origenes τεπι ἀρχῶν, Deus pater omnibus præstat, quod
sint: Christus sua participatione facit ea esse rationabilia.
Spiritus sanctus efficit ut sint sancta.

Spectant huc questiones. Vtrum inseparabilia sint opes
ra, que operatur Trinitas. Item. Vtrum opera Trinitatis
sint patri & filio & spirituis sancto communia? Ad priorem
responder Augustinus de inquisitione Trinitatis. Vtque
quicquid operatur Trinitas sancta, inseparabiliter haec eas
dem operatur: quia una est Trinitatis operatio, sicut una est
substantia, essentia & uoluntas. Ad posteriorem responderet
Gerson in expositione articulorum fidei, articulo tertio.
Quamuis enim incarnationis filii Dei sit opus, tamen totius
Trinitatis est, quia quod operatur una persona, operantur
omnes, eò quod sint individua Trinitatis opera.

Ceterum quoq; ex te: num liceat officia Trinitatis con-
fundere, ut dicas illorum more, qui interrogati, quis uos
saluos fecit: respondent. Deus pater, & deus filius, & deus
spiritus sanctus.

EXAMI. Non licet confundere.

SVPER. Verè non licet. Quanq; hoc uerum sit, in negotio
nostræ salutis totam Trinitatem operatam fuisse. Sic pater
ordinauit, ut salui fierimus. Christus saluos nos fecit. Spi-
ritus sanctus conseruat nos in salute per Christum accepta.
Attamen interrogatus, quis me saluum fecerit? Respon-
dere deheo, Christus. Tandem quibus uerbis doces impe-
ritum uulgas sanctæ Trinitatis officia?

EXAMI. Symboli uerbis.

SVPER. Rectè. At multis ex causis placet de officijs san-
ctæ Trinitatis, sic paucis uerbis docere indoctam plebecus
lam. Deus pater creauit nos & disposuit, ut salui fieremus.
Deus filius saluos nos fecit.

DE SYNODIS.

Deus spiritus sanctus sanctificat nos ad illam salutem, & conseruat nos in illa.

Et in hunc ferè modum, & in hac uerba describit sancte Trinitatis officia Paulus Ad Ephes. i.

Postremo abiuras etiam omnes haereses circa sanctam Trinitatem & nouas & ueteres?

EXAMI. Abiuro & hoc libens.

SUPER. Verum ut tutior sis ab omnibus haeresibus circa Trinitatem sanctam, hac sequentia uitare debes.

Primum uitabis nomina diuersitatis & differentie, ne tollatur unitas essent. Nec si uitasset Arius, non in tam prophanam incidisset haeresin.

Secundo, ne in Sabellij haeresin incidat, uitabis singularitatem, qua Sabellius sustulit communicabilitatem diuine essentie.

Tertio uitabis nomine confusionis, ne tollatur ordo in personis, & confundantur personarum propria officia. Ambitus lib. i. de Trinitate. Nec confusum est, quod unum est, nec multiplex esse potest, quod indifferens est.

Quarto uitabis & nomen solitudinis, ne tollatur consuetum personarum. Dicit enim Hilarius lib. 4. de Trinitate. Nec diuersus nec solitarius confitendus est nobis Deus. Vide Thomam Aquinatem prima primae, questione 21. articulo 2.

EXAMEN SUPER LOCVM
de Deo patre.

REctissime suadet Cicero à definitione seu uniuscuiusque rei descriptione ordiendum esse, ut intelligatur quid sit id, de quo disputatur. Tu ergo si quam ex sacris literis Dei patris descriptionem habes, eam enarra.

EXAMI. Descriptionem Dei patris succinctiorem non habeo, quam ea est, que ex duodecim fidei articulis colligitur, quod

tur, quod Deus pater sit creator cœli & terræ.
 SVPER. Est haec aliqua Dei patris descrip^{tio}, sed talis, que ab Epicuro quodam possit cauillari, id est in hunc modum. Est quidem Deus pater creator rerum omnium: uerum non conseruator. Non aliter atque opifex quidam alicuius operis effectus est, & absoluto opere, abit atque opus illud fortunæ ludenti relinquit.

EXAMI. Addam igitur & conseruator, & definiā Deum patrem esse creatorem, & conseruatorem cœli & terre.
 SVPER. Placet definitio quanque à nostra salute aliquantulum remotior. Verum quia salutis causa omnes plerumque magis sumus solliciti, propior ad nostram salutem accedens descriptio querenda est, ea ex i. cap. ad Ephes. sic potest colligi. Deus pater prima est in Trinitate persona, quem elegit nos anteque iacerentur fundamenta mundi: ut essemus sancti et irreprehensibiles coram illo, quem prædestinauit nos, ut adoptaret in filios per Christum Iesum.

Porro de cognitione Dei patris quid sentis? & unde ordienda est illa cognitione?

EXAMI. Ordienza est à maiestate & diuinitate Dei.
 SVPER. Nullo modo. Nam maiestas Dei patris una cum diuinitate longe maiores & excellentiores res sunt, quam ut à nobis percipi, aut nostro intellectu capi possint: immo considerate à nobis, potius terrori sunt, quam consolationis quemadmodum accidere uideamus ex maiestate saltem Cæsarum & regum. Et Christus Matth. 6. uolens suos discipulos præcibus accedere Deum patrem, non à maiestate aut diuinitate orditur, quem contemplata effecisset, quod discipuli nunc ausi fuissent accedere Deum patrem præcibus: sed orditur in hunc modum. Pater noster qui es in cœlis: item Apud Ioannem Christus Philippum qui cognitionem Dei patris ab arcana Dei natura, maiestate & diuinitate

DE SYNODIS.

nitate exordiri videbatur, reuocat ab inquisitione arcanae naturae, maiestatis & diuinitatis. Et ait. Philippe qui uidet me, uidet & patrem meum &c. Et Augustinus dixit. Maiestas & diuinitas in Deo magis adoranda sunt, quam per scrutanda.

E X A M I. Ad nihil ergo prodest scire summam maiestatem & diuinitatem Dei patris?

S V P E R. Ad hoc prodest, ut tanta maiestate & dignitate, quæ Deus est, consoleris te contra omnes aduersitates, certus, quod habeas patrem, qui te tueri potens sit.

E X A M I. Vnde ergo ordienda est cognitio Dei patris?

S V P E R. A uerbo, quod proponit nobis Christum, quietum splendor glorie, & expressa imago substantiae Dei patris. Ad Hebr. cap. 1. Et Apostolus Paulus ait. ad Corinth. ca. 4.

Quoniam Deus est, qui iussit e tenebris lucem illuscere, qui luxit in cordibus nostris ad illuminationem cognitionis gloriarum Dei, in facie Iesu. Ex hoc itaque Christo Deus pater cognoscendus est, uel ipso Christo teste, qui in Ioanne interrogatus a Philippo. Domine ostende nobis patrem. Respondit Christus. Philippe qui uidet me, uidet & patrem meum. An non credis, quod ego in patre sum, & pater in me est?

Cupis itaque nunc scire quis & qualis sit pater, & quomodo erga te affectus sit, illud disce ex Christo imagine Dei patris. Præter Christum ut medium cognoscendi patrem, proponit scriptura adhuc alterius & remotius priori, (quoniam sit) hunc alterum pro nobis infirmis hominibus accommodatus nimirum officia dei patris, ex quibus Deus talis esse cognoscitur, quod is sit, qui nos iuuare, tueri & defendere uult, non aliter atque pater suos filios. Et in hoc scriptura Deum patris appellatione uocat.

E X A M I. Num scriptura Deum patris appellatione nominat, quod sit affectus, ut humanus pater?

Super

DE SYNODIS.

SUPER. Non. Deus enim aliter affectus est, atq; homo. Hinc pater humanus filio aliquid promittere potest, & mentiri postea, ut non seruat fidem. At Deus pater non mentitur, sed seruat promissa. Nu. 23. Non est Deus quasi homo, ut mentiatur: nec ut filius homo minis, qui mutetur. Proponit vero scriptura nobis Deum ut patrem, ut aliquam saltē Dei cognitionem habeamus, & quomodo Deus erga nos affectus sit, sciamus.

Cæterum de causis Dei patris quid sentis, de quibus philosophi uarij uariè disputant?

EXAMI. Sufficit mihi Augustini sententia de Trinitate & unitate Dei cap. 1. Pater omnibus, quae sunt, ut essent deit: & ipse quod est, à memine accepit.

SUPER. De partibus Dei patris quid tenes?

EXAMI. Vnum esse Deum patrem, & primam in Trinitate personam esse confiteor.

SUPER. Damna ergo Sabellij errorem, quid dixit ipsum patrem, & filium & spiritum sanctum esse?

EXAMI. Damno in uniuersum.

SUPER. De officijs Dei patris quae habes?

EXAMI. Ea quae tu in locis tuis habes, ubi doces officia dei patris ab affectibus paternis & circumstantijs, quae incident in patrem, & colligenda esse. Sunt autem hæc & similia. Diligere suos, fouere, tueri, defendere &c.

SUPER. Aeterna ne sunt hæc officia Dei patris, an tempo raliantur?

EXAMI. Aeterna, quia Deus pater aeternus est.

SUPER. Improbasti omnes haereses contra personam Dei patris ab hereticis productas?

EXAMI. Improbabo & detestor omnes.

EXAMEN SUPER LOCVM
de Deo Filio.

DE SYNODO.

SUPER. Cum loqueris de Christo coram uulgo, qua decriptione uteris?

EXAMI. Ea, qua Autor epistolæ ad Hebreos usus est, ubi dicit Christum esse splendorem glorie, & expressam imaginem substantię Dei.

SUPER. Difficilior est hæc Christi descriptio, quam ut à uulgo percipiatur: & huius plenariam expositionem inuenies in epistola quæ legitur in ferijs Nativitatis Christi, à nobis exposita. Facilior est pro Imperitis descriptio, & ad nostrum infirmum captum accommodator, quæ ex 12. fidei articulis colligitur: hæc etiam ad salutem nostram per Christum emeritam, intelligendam proximior accedit.

EXAMI. Quid ergo est Christus?

SUPER. Est secunda in Trinitate persona uerus cum Deo patre Deus: nostra uero causa, homo factus, conceptus de spiritu sancto, natus ex Maria uirgine, passus, crucifixus, mortuus & sepultus, sub Pontio Pilato, in hoc, ut descendet ret ad inferos, potentiam inferni, Satanę, peccati, & mortis expugnaret pro nobis, qui & resurrexit hostibus illis expugnatis, sedens nunc ad dexteram Dei patris intercessor pro omnibus in eum credentibus.

Sed de causis Christi originalibus quid credis?

EXAMI. Hoc quod scriptura docet. Videlicet Christum ab initio unum cum patre eiusdem substantię & potentię esse. Ioan. i. In principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum etc.

SUPER. At scriptura appellat Christum filium patris: igitur pater Christi causa est.

EXAMI. Respectu generationis, quæ dicitur filius à patre genitus. Psal. 2. Filius meus es tu, & hodie te genui.

SUPER. Ponis etiam partes Christi?

EXAMI. Non, siquidem unus est Christus, Deus uerus & homo.

Super.

SUPER. Officia Christi quotuplicia sunt?

EXAMI. Ignoro; tu ergo explica.

SUPER. Dum sic ageret Christus in carne, humanitatis quedam peregit officia, quæ nunc glorificato Christo cessarunt: fuerunt autem talia. Edere, bibere, dormire, ingredi etc. Preter hæc adhuc alia sunt, quæ proximus ad nostram salutem accedunt: quorum aliquot hic in carne uiuens ad æternam pronobis durationem præsttit: qualia sunt, tollere pecata mundi, satis facere pro peccatis &c. Et hæc officia amplius non repetet: durant enim in æternum: Iuxta illud ad Hebreos ca. 9. Semel oblatus est, ut multorum peccata tolleret. Ibidem. Ingressus est semel in sancta, æterna redemptione inuenta. Verum ne Christum nunc otiosum rerum mortalium spectatorem supra nubes sedere dicas, agit nunc et semper officia quedam nostra causa, sicut alia omnia egit. Et hoc referri debent hæc sequentia.

Agere propiciatorem pro peccatis nostris 1. Ioan. 2.

Agere mediatorem & pacificatorem pro nobis ad Gal. 3.

Et ad Timoth. 2.

Agere dominum super populum suum Hiere. 15.

Agere pastorem & pontificem suę ecclesię. Hez. 34. Ioan. 10.

Agere caput suę ecclesiæ. Ad Col. 1.

EXAMI. Quur scriptura Christum filium appellat?

SUPER. Primum quia à patre genitus est; deinde propter intercessionis proprium unum Christi officium, ut ipse filius intercedat pro nobis apud patrem. De officijs Christi specialiter loquendo, ea in eternum durare sentis?

EXAMI. Sentio. Quia ipse æternus est, & regnum eius non habet finem.

SUPER. Vnde cognitionem Christi petendam esse censes?

EXAMI. Ex uerbo, quod de Christo nos soli docere potest.

SUPER. Bene respondisti. Nam cognitio Christi aliunde non con-

DE SYNODIS.

non conringit. Sed unde cognoscendū est, quomodo Christus erga nos sit affectus?

EXAMI. Ex eodem uerbo.

SUPER. Non solum ex uerbo; uerum ex officijs atq[ue] ad eo extota eius uita, & omnibus eius factis. Sic mansuete erga homines affectus est Christus, quia insidens asino ad eos uenit, pauper, in nullo apparatu &c. Cæterum acturus cū Christo, & ut illius officia experiaris, qua parte est apprehendendus?

EXAMI. In sua maiestate & diuinitate.

SUPER. Non. Illa enim terrent potius, ut Christum nunc accedas, quam ut accedendas occasionem præbeant. Apprehendendus igitur est, ut filius Dauidis, qui uenit in carnem, & iuxta carnem Dauidis filius est factus, quo nobis miseris in carne peccatoribus succurreret. Sic Cananæa mulier ap[er]prehendit eū. Matth. 15. Miserere mei Domine fili Dauid. Sic duo cæci apprehenderunt eum Matth. 20. Dicentes. Domine, miserere nostri fili Dauid.

EXAMI. Quid uero proprie est Christum ut filium Davidis apprehendere?

SUPER. Est certa fide apud se statuere, Christum in hunc mundum uenisse, & filium Dauidis factum, quomodo nobis in mundo miseris peccatoribus succurreret.

EXAMI. Ad nihil ergo prodest scire Christi esse maiestatem & diuinitatem summam?

SUPER. Ad hoc prodest, ut tantis rebus in cruce & tentatione te consoleris, certus apud te, quod neque mors neque peccatum, neque Satan neque mundus tibi nocere queat, propter tam potentem Christum ab omnibus malis securus. Sic Ap[osto]lus ad R.o.s. considerata potentia Christi sedentis ad dexteram Dei patris, & intercedentis pro nobis, ait. Nam milii persuasum habeo, quod neque mors, neque uita, neque angelii, neque prin-

nec principatus &c. nec ulla creatura poterit nos separare
a dilectione Dei, quæ est in Christo Iesu domino nostro.

Post hæc exte quero, quæ fuit præcipua causa contempti
Christi olim apud Iudeos.

E X A M I. Vilitas perlonæ & uitæ cursus in nullo magnis
coapparatu prægnans aut spectabilis.

S V P E R. Quæ hodie causa est contempti Christi, quem hic
sic extenuat, alter sic?

E X A M I. Eadem vilitas si non præsentis personæ: tamen
Euangelij & regni uilis & contempti in oculis carnis.

S V P E R. Quo remedio licet mederi nobis contra illam ui-
litudinem?

E X A M I. Ipsa sola fide, quæ non offenditur uili ac contem-
pto Christo, nec uili ac contempto Euangelio. Illum quan-
tumuis coram carne uilem & contemptum: tamen credit
esse potentiam dei: & Euangelium quantumuis uile & con-
temptum: tamē esse uirtutem dei ad salutem omni credenti.

Priore ad Corinth. i. Et ad Ro. i.

S V P E R. Contraria contr. Christum & noua & uetera cre-
do tibi naufragi esse. Consistunt autem illa contraria ferè in
extenuatione nunc personæ, nunc officiorum Christi.

E X A M I. Extremæ sunt naufragi.

E X A M E N S V P E R L O C V M

de Spiritu sancto.

S V P E R. Si à quopiam extuis auditoribus interrogaris, ut
describeres definitione aliqua spiritum sanctum, qui respon-
surus essem?

E X A M I. Spiritus sanctus est pignus & arrabo hæredita-
tis seu salutis nostræ.

S V P E R. Succincta est hæc definitio, & ideo pro uulgo sa-
tis difficilis. Facilior est descriptio spiritus sancti ex alijs of-
ficijs simul adiectis, ut

DE SYNODIS.

Spiritu sanctus est tertia in Trinitate persona, uerus Deus cum patre & filio, qui ducit nos in omnem ueritatem, illuminat ad ueritatem, sanctificat, & in ea conseruat, expōnendo, declarando, & glorificando Christum, hæreditatemq; in Christo acceptam confirmando, pro qua & pignus positus est a patre Deo. Descriptio hæc certa est ex 14, 15. & 6. cap. Ioan. Quod pignus sit spiritu sanctus hæreditatis nostræ, uide 8. cap. ad Ro. Et 1. ad Ephes. Et 2. posterioris epistolæ ad Corinth.

Verum quur spiritu sanctus, spiritu sanctus dicitur?

EXAMI. Propter præcipuum effectum, qui est sanctificare.

SVPER. An putas etiam spiritum sanctum habere causas?

EXAMI. Non puto. Sed ut res se habeat, tu dicio.

SVPER. Spiritu sanctus non habet causas, qui a principio est cum Deo patre, & filio æternus Deus. Quanc; hoc uerum sit, scripturam dicere, spiritum sanctum a patre & filio procedere. Ioan. 15. Cum uenerit paracletus, quem ego mittam uobis a patre, spiritum ueritatis, qui a patre procedit. Hinc spiritu sanctius & patris spiritus dicitur. Hinc & spiritus filij. Paulus. Misit Deus spiritum filij sui in corda uestra.

De partibus spiritu sancti si quid relatu dignum habes, aperi;

EXAMI. Spiritum sanctum indivisibilem & imparisibilem adsero. Ad Ephes. 1. Vnus spiritus.

SVPER. Verum est quod dicas. Astipulatur tuæ sententie & Ambrosius in primo libro de spiritu sancto, ubit ait. Litteræ multi dicantur spiritus, quia legitur: Qui fecit angelos suos spiritus, unus tamen est Dei spiritus. Augustinus in sexto lib. de Trinitate, spiritum sanctum communem aliquid facit & patrijs & filij, quicquid nunc illud sit.

Sed spiritu sancti nomina varia esse concedis?

Exam

E X A M I. Concedo. Nam nunc cunctio uocatur, ut Psal. 44.
Ioan. 16. consolator. Ad Ephes. 1. arrabo hereditatis nostrę.
Ioan. 16. glorificator Christi.

S V P E R. Concedis & nomen Spiritus largissime accipi:
nunc pro agitatione, nunc natura seu ui agente, nunc pro
uento, nunc pro uita, nunc pro moribus illis, qui sunt in re-
generatis per spiritum sanctum.

E X A M I. Concedo. Verum quid hic significat spiritus?

S V P E R. Spiritualem naturam. Deus enim spiritus est,
Joan. 4. Porro que sunt spiritus sancti praecipua officia?

E X A M I. Ea puto, que in descriptione spiritus sancti protus-
tisti, ut
Ducere in omnem ueritatem,
Illuminare, sanctificare, ad ueritatem.
Conseruare in ueritate.

Exponere, declarare, glorificare Christum. Ioan. 14. 15. et 16.
Est esse arrabonem salutis in Christo accepte. Plura habene
loci tui communes,

S V P E R. Sunt ne haec officia spiritus sancti eterna?

E X A M I. Sunt, quia ipse spiritus sanctus est aeternus. Ver-
rum premor insigni scrupulo, quem ut a me tollas oro.
Cum aliquando cessabit externi uerbi prædicatio, cessabun-
ne etiam officia illa spiritus sancti: qualia sunt. Ducere ad
uerbum, illuminare ad uerbum, apud uerbum conseruare etc.

S V P E R. Hic sciendum est spiritum sanctum dupliciter ope-
rari sua officia: quedam operatur per uerbum prædicatum,
quedam per internam operationem. Sic spiritus sanctus du-
cere ad cognitionem uerbi internè aliquem in potest: item, ad
uerbum illuminare. Verum uerbo ut frequentissimo mes-
dio utitur, quod ferè semper præmittit, & sine quo raro sua
officia operatur, quantum possit. Vnde ad tuam quæstionem
sic respondeo. Etiam si cessabis externa uerbi prædicatio ali-

DE SYNODIS.

quando: nunquam tamen cessabunt officia spiritus sancti, quia
æterna sunt, sicut ipse est æternus, per eternum & nunquam
ritur uerbum operans. At de cognitione spiritus sancti
et quid habes?

E X A M I. Id quod supra de alijs personis audiui, in quibus
docuisti non esse considerandam maiestatem & diuinitatem
illarum, sed potius, admirandam & adorandam, Præterea
iuxta tuum consilium cognitionem spiritus sancti placet à
uerbo ordiri, quod solum nos de spiritu sancto uerè docere
potest.

S V P E R. Verbo addes & ipsa officia spiritus sancti, è quibus
proxiime dices, & quis sit spiritus sanctus, & quomodo
erga nos sit affectus.

E X A M I. Spiritus sanctus sub inde legitur in scriptura mitti
nunc à patre, nunc à filio: quomodo ergo ad nos mittitur?
& quomodo ad nos peruenit?

S V P E R. Id ea fit ratione. Euangelium quando prædicatur,
proponit nobis Christum, & hic fide apprehensus, donat
nos spiritu sancto, qui omnia in nobis vetera immutat.

E X A M I. Ast cuius officio prædicatur Euangelium, cuius
cognitione transitur ad Christum datorem spiritus sancti?

S V P E R. Officio spiritus sancti, cuius est opus prædicatio
Euangelij, & qui ad Euangelij cognitionem abducit. Hic
per Euangelium arguit mundum de peccato, quod est non
credere in Christum: de iustitia, quia Christus ad patrem ua-
dit ueram & æternam iustitiam paratus: de iudicio, quia
Christus Satanæ, mortis, peccati & inferni dominus factus
est. Hac cognitione præbet spiritus sanctus occasione mun-
do ad Christum, qui fide apprehensus donat ac mittit spiritu
sanctum.

E X A M I. Quomodo donetur aut mittatur à Christo spiritus
sanctus, cum in ipsa Euangelij prædicatione iam adsit?

Super

SVPER. Audio quid te moretur: nimirum: cum circa Euangelij prædicationem ad sit spiritus sanctus presens, & postea etiam detur a Christo: num sapientius detur aut mittatur? Respondeo. Sanè sapientius atque sapientius mittitur & datur. Sic Ioan. 2. dixit Christus ad discipulos. Accipite spiritum sanctum &c. & tamen in die pentecostes rursus eundem acceperunt. Ita & nobis sapientius datur ac mittitur: sed post apprehensum Christum fide plenissimè, ita ut in uniuersum regeneremur & siamus nouæ creaturæ.

EXAMI. Quomodo mittitur seu datur spiritus sanctus, mittitur & datur ut est natura Deus?

SVPER. Non. Spiritualis enim natura aut substantia, quæ est spiritus sanctus non mittitur neque datur: sed dona & operationes eius.

EXAMI. Quur igitur dicitur spiritus sanctus mitti, & non dona potius & operationes eius?

SVPER. Sic assueta est loqui scriptura, accipiens causam pro effectibus, hoc est, spiritum sanctum pro suis donis & operationibus. Ceterum de his satis. Detestaris omnes haereses tam nouas quam ueteres contra spiritum sanctum: maximè uero eam, quam hodie subtiliter sibi finxit Campanus, quod spiritus sanctus non sit tertia in Trinitate persona: sed tantum uirtus quedam, per quam pater & filius operantur, uirtutem in quam que semel atque iterum miraculose (ui Matthæi 3, instar columbae) apparuit.

EXAMI. Detestor & deploro.

SVPER. Sed audi Tertulianum de spiritu sancto, qui in instar columbae uenit. Iohannes prædicat spiritum, columbae corpore lapsum desedisse super dominum, qui spiritus cum hoc esset, tam uerè erat & columba, quam & spiritus, nec inter secerat substantiam propriam, assumpta substantia extra. Contra Marcionem de carne Christi.

DE SYNODIS.

EXAMEN SVPER LOCVM
de Angelis.

SVPER. Quid tibi notum est de Angelis ex sacris literis?
EXAMI. Ad Hebr. cap. i, legi angelos dici ministratores spiritus.

SVPER. Hinc definitionem angelorum pete ex officijs, quia aliud nihil sunt, quam spiritus ministratorij, ignitæ naturæ, in ministerium Dei & hominum creati.

EXAMI. Subobscura aliquantulum uidetur esse definitio, idq; propter quasdam uoces, quas rogo clarius explicet.

SVPER. Spiritus dicuntur angelii, quia sunt spirituales substantiae, incorruptibiles, sui generis & corporis, absq; impenetrabiles, onere & affectibus humanis: uel quia non habent corpora corruptibilia. Vide Bullingerum in primum caput Ad Hebreos.

Ministratorij dicuntur spiritus, ab officio, quod est ministrare & seruire tam Deo, quam hominibus. Sic Angelus Gabriel Lucifer primo missus est ad Mariam in ministerio dei. Sic Judith, 12. ca. de ministerio in homines legitur. Vnde dominus, quoniam custodiuit me angelus eius. Ignitæ sunt naturæ, quia David Psal. 103. canit. Qui creat angelos suos spiritus, & ministros suos ignis flammam. Haec uoces, ignis flammam, siue dubio Hebraismum sapient, qui sic solvit, pro ignita natura. Est autem angelos esse ignitæ naturæ, habere eos corpora, que pulchritudine, puritate, ui, agilitate & celeritate flammam referunt. Et Damascenus dixit lib. 21. cap. 3. Angelus est substantia intellectualis, specie nobilis, arbitrio libera, incorporea &c. Creaturas esse angelos certum est ex 103. Psal. Qui creat angelos suos spiritus &c.

EXAMI. Sed quando sunt creati Angelis?

SVPER. Quidam ex Hiob cap. 38. & 49. volunt angelos esse primas

primas creaturas, & ante omnes alias creatas. Loci Hiob sunt. Quis dimisit lapidem angularem, cum me laudarent simul astra matutina, et iubilarent omnes filij Dei? Et ca. 40. Ipse est principium uiarum eius.

E X A M I. Vocabulum angelī quale est nomen?

S V P E R. Est nomen officij. Grego. i. Homelia, quę sic incipit. Erant appropinquantes. Angelorum uocabulum est nomen officij non naturæ.

Decausis Angelorum quid tenes?

E X A M I. Deus creator Angelorum est.

S V P E R. Quidam ex angelis lapsi fuerunt, quorū ergo non omnes?

E X A M I. Sine dubio, quia reliquos, qui nō sunt lapsi, Deus ex misericordia seruavit.

S V P E R. Benè respondisti. Nam cum Deus lapsos liberæ suę voluntati relinqueret, & suo iure, quod creator habet in suas creaturas, desereret, lapsi fuerunt. Sed de his infrā cōpiosis in loco de malis angelis.

E X A M I. Habent ne angelī boni adhuc liberum suum arbitrium, in quo creauit eos Deus?

S V P E R. Habent, quia illud nondum lapsu amiserunt. Est enim priuatio liberī arbitrij quodammodo poena lapsus.

Vnde & Damascenus lib. 2. cap. 3. ait. Angelus est substantia intellectualis, specie mobilis, arbitrio libera &c.

De partibus Angelorum quid credis?

E X A M I. Bonos angelos omnes unius ordinis esse credo.

S V P E R. Ergo damnas eos, qui inter angelos prælaturas & nescio quas prærogatiwas finixerunt: item, eos, qui Hierarchas excogitauerunt.

E X A M I. Damno. Sed audi, est quod me torquet. Cum angelis sint spiritus, quomodo igitur comedere potuerunt

sicut legitur in scriptura? Aut quia fortassis duplices sunt angelii

DE SYNODIS.

angeli: quidā qui commedunt: quidam qui non cōmedunt.
SVPER. Angeli uti dixisti unius sunt ordinis. De illis autē
qui e derunt aī quando, inquit Tertuli. de Carne Christi.
Constat angelos carnem non propriam gestasse, ut putana
tura substantiæ spiritualis, & si corporis alicuius, sicut tamen
generis, in carnem autem humanam transfigurabiles ad
tempus, ut uideri & congregari cū hominibus possent. Igūt
cum relatum non sit, unde sum pserint carnem, relinquunt
intellectui nostro, non dubitare, esse proprium angelicæ po
testatis ex nulla materia sibi corpus sumere. Ast pergam de
officijs angelorum te interrogare. Quæ sunt præcipua an
gelorum officia?

EXAMI. Ministrare Deo & hominibus.

Protegere piōs:

Curam piorum agere ne ledantur, aut ipsi impingant,
Nam talem curam angelorum promittit credentibus uer
bo Christi exemplo Psal. 90.

SVPER. An singuli homines singularem angelū habeant?
EXAMI. Id incertum esse credo.

SVPER. Ita tamen incertum non est, quin Hieronymus
super Matthæum scribat. Magna dignitas animarum, ut
unaquæcū habeat ab ortu nativitatis in custodiam sui ange
lum deputatū. Sed de lege per angelos data quid putas?
EXAMI. Locus Act. 7. apertus est: qui accepistis legem per
dispositiones angelorum. Ad Gal. 4. Ordinata est lex per
angelos in manu intercessoris.

SVPER. Dicendum itaq; est, pro maiori confirmatione,
quod Deus utatur in ministerijs suis angelis, & quod Deus
uisibiliter nemini appareat, nec unq; apparuerit: quare cer
tum est nec legem per Deum ipsum datam fuisse. Quanq;
legatur quod Moses in monte dominum à facie ad faciem
uiderit, id intelligendum est quod clarissimam prophetar
lucem

lucem habuerit. Firma enim stat sententia. Deum nemo uidit unct. 1. Ioan. 4. Exod 33. Videbis posteriora mea: faciem autem meam uidere non poteris.

E X A M I. Rogo, quid sibi uult Christus Matthæi 18. Angelorum in celis uident faciem patris mei?

S V P E R. Videre angelos faciem patris, nihil est aliud, quam astare eos Deo patri & pro voluntate patris inseruire p̄ijs. Contraria his dictis de sanctis angelis, credo te improbare.

E X A M I. Improbo & damno.

E X A M E N S V P E R L O C V M

de malis Spiritibus.

S V P E R. Porro quia potentia Christi non potest recte percipi, nisi à contrario illi apponatur potentia Satani, à qua sibi non possunt cauere, qui eam ignorant, qualis & quanta sit. Ut ergo describis malos spiritus?

E X A M I. Oportunam descriptionem ac commodam non habeo: tu igitur meas uices supple.

S V P E R. Mali angelis spiritus sunt, non quidem infirmi aut impotentes: sed principatus, potestates, domini mundi, regnatores tenebrarum huius seculi, spirituales astutie in coelestibus: qui spiritus primum in ueritate constituti atq; creati fuerunt, & postea ex libero arbitrio à ueritate descluerunt, ad insidiandum omnibus Dei creaturis, permittente deo.

E X A M I. Declara quęſo definitionem.

S V P E R. Spiritus sunt mali angelii propter causas supra de bonis angelis positas: nisi quod hic scire refert, malos angelos affectus esse ut malos homines, qui suos affectus pra eos à Satana contrahunt. Nam Satan, ait Paulus, efficax est in incredulis. Et ne quis eos contemnat temere ut impotentes creature, adieci nomina potentie, quibus eos appellat scriptura. Potentiam autem malorum spiritus intelligo per missione accidere tantū: igitur hęc appellations, principatus,

DE SYNODIS.

potestates & domini mundi, non sunt naturę nomina in ma
lis spiritibus.

Mundi dicitur rector Satan, quia mundus ad eum spectat,
non aliter atq; proprium mancipium, quod regit ac trahit
ad omnis generis flagicia. Vnde & Apostolus dixit. Diab
olus efficax est in incredulis. Verum cum loquor de mun
do, qui spectat ad Satanam, nō loquor de mundo uacuo: sed
dico & res in mundo propter abusum ad Diabolum perti
nere. Et nisi ad eum pertinerent, nondixisset ad Christum
Math. 4. Hęc omnia tibi dabo, si prostratus adoraueris me.

Rectores tenebrarum & spiritualis astutie esse malos
spiritus, nomina sunt tam effectuum, quam naturę. Est igitur
diabolus rector tenebrarum: quia natura tenebrosus est: po
stea omnium tenebrarum autor atq; effector. Et dicuntur
mali spiritus spirituales astutiae, quia natura tales sunt, &
quia in alijs spirituales astutias exercent.

In ueritate primum steterunt mali spiritus, hoc est, non
sunt creati in malitia: sicut quorundam opinio habuit. Vnde
& uerba Ioannis cap. 8. sic sunt intelligenda. Homicida erat
ab initio: scilicet sui lapsus. Et addit Ioannes: & in ueritate
non stetit: scilicet in qua creatus fuit.

Liberum arbitrium causa fuit, quod malis spiritus cadere
& labi potuerint.

Effectus est generalis malorum spirituum, insidiacione
nibus creaturis Dei. Nostra autem consolatio hęc est, Dia
bos insidiari nobis non posse, nisi permittente deo.

Omnibus creaturis dixi, ut scias malos spiritus non solo
hominibus nocere posse: sed & cunctis reliquis creaturis:
nec id mirum est, cum sint domini mundi: ergo & earum res
rum quę sunt in mundo, quas perdere, inficere, turbare &
defalsare possunt, idq; deo sic permittente.

Sed de causis malorum spirituum, & quomodo sint lapsi
atq; mali

atq; mali effecti, quid sentis?

E X A M I. Hoc quod tu sentis: nimurum malos spiritus non semper fuisse malos, neq; in malitia creatos: sed primum eos stetisse in ueritate, & ab ea ex libera sua uoluntate, quam ex creatione inditam habuerunt, defecisse.

S V P E R. Sufficit hoc tuum responsum, quod & Christus Ioan.8. uerbis his confirmat. In ueritate stetit. Liberum arbitrium causa fuit, quod malis spiritus labi potuerunt. Et hoc libero arbitrio concessso, facile excusat Deus, quod non fuerit causa lapsus in malis spiritibus.

Patres causas lapsus malorum spirituum inuidiam & superbia faciunt, que uicia ad malum declinantis uoluntatis effectus fuerunt. Augustinus ad Julianum Comitem.

Diabolus est angelus per superbiam separatus à Deo. Hiero. epistola 5. Diabolo hoc nomem est, postq; homini inuidit. Isidorus: Postq; creatus est, eminentiam naturę, profunditatem scientię sive perpendens in suum creatorem suscepit, in tantum, quod se etiam deo equare uoluit.

De partibus malorum spirituum que tenes?

E X A M I. Eos omnes unius ordinis esse credo: nisi à nocendi maiori saevitia & potestate quidam principes dicti sint. Sic Marci 3. Beelzebub d̄emoniorum princeps appellatur.

S V P E R. Dic tandem que sunt malorum spirituum praecipua officia?

E X A M I. Generalius est insidiari cunctis creaturis Dei. Esse autorem omnium malorum. Ioan.8. Cum loquitur mendacium, ex proprijs loquitur; quia mendax est & eius res pater. Hic Christus mendacium posuit ut speciem, pro omnibus malis & uicijs.

Regere & trahere impios pro libidine ut propria mancopia ad omnis generis flagitia. Iuxta illud Pauli. Diabolus efficax est in incredulis.

DE SYNODIS.

Misere sursum deorsumque omnia in mundo. Hinc mali
spiritus dicuntur rectores mundi.

Falsare uerbum Dei impia doctrina. Matth. 13. in para-
bola de seminante bonū semen, & diabolo superseminante
Zizania. His tu plura addidisti in tuis locis communibus.
SVPER. De officijs malorum spirituum quomodo doces
uulgaris operatur ne ea Satan propria potentia, an permis-
sione diuina tantum?

EXAMI. Permissione diuina tantum, sicut tu paulo ante
docuisti.

SVPER. Cum tanta sit Satanæ potentia, quæ ergo arma
opponis contra?

EXAMI. Christum potentiorem Satana, & arma quæ cu-
dit Apostolus ad Ephes. 6.

SVPER. Quidā malos spiritus aliquando saluos iripiunt?

EXAMI. Vnde id probant?

SVPER. Ex loco Psalmi 102. Non in perpetuum irascetur
Deus, nec in æternum comminabitur.

EXAMI. Meo iudicio Psalmus ille non ad malos spiritus
trahit potest; sed pertinet ad Iudeos, gratias agentes pro libe-
ratione ex Aegypto & alijs Dei beneficijs. Tu tamen dic
apertæ scripturæ locum, malos spiritus non uenturos ad
gratiam.

SVPER. Quid apertius hoc loco. Ge. 2. Quia fecisti hoc, ma-
ledictus es inter omnia animantia & bestias terræ. Super
pectus tuum gradieris, & terram cōmedas cunctis diebus
uitæ tuæ. Et Petrus 2. epistola cap. 2. sentit malorum spiri-
tuum iudicium aliquando apertius futurū, quām nunc est,
fortassis nō aliter atq; priorum uita eterna aliquando magis
inclarescet: & ut habet Apostolus, à facie ad faciem.

Verum de fide malorum spirituum quid legisti?
EXAMI. Iacobi 2. legi. Et demonia credunt & contremi-
scunt.

Supet.

SUPER. De fidem malorum spirituum sic iudica. Hebent quidem mali spiritus fidem, credunt quidem Christum esse filium Dei altissimi. Marci 5. sed non habent salutarem fidem, nec ea fide saluantur. Unde & Iacobus distinxit inter fidem diabolicam & salutarem. Et contremiscunt mali spiritus: scilicet a potentia Christi Ge. 3. promissa. Et conteret caput tuum. Item de cognitione malorum spirituum, quam habent de Christo, quid credis?

EXAMI. Marci 5. legi Satanam dicentem ad Christum. Quid mihi tecū est fili dei altissimi? Ecquid uides aliquam Christi cognitionem in diabolo?

SUPER. Video. Ast illa cognitione non seruatur diabolus. Aliam enim est cognitio Christi ad salutē: alia est simplex persona Christi cognitione abs effectu salutis. Noscere Christum ad salutem, est noscere officium eius, quir uenerit, & quid nobis sua incarnatione adulterit. Talem cognitionem Christi non habet Satan: ergo non potest sua simplici notitia seruari.

Cum de magica arte multi multa hodie disputerent, credis etiam tu diabolum magica arte efficacem esse?

EXAMI. Subdubito. Nam tot etiam non mediocriter doctos aduersarios in hac questione habui.

SUPER. Quid subdubitas in negotio extra omne dubium posito. Cum enim ex diuina permissione nihil non agere potens sit Satan, cur in re hac unica sibi adempta esset potentia? Cui etiam adscribes miracula coram Pharaone magica arte exhibita, nonne diabolo? An non etiam legisti 1. Regum 28. à uenefica quadam muliere Samuelem prophetam suisse excitatum? An ignoras diabolum ex Pauli sententia efficacem esse in incredulis? Quir Moses incantationes prohibuisset, nisi illarum aliquis usus apud Iudeos fuisset?

Alia autem res est, Diabolum per magicā artem in incre-

DE SYNODIS.

dulis efficacem esse; alia quoque res est diabolum credentibus per magiam artem nocere non posse; quod discrimen cum quidam non tenent, circa predictam questionem ridicule errant. Hæreses si que circa malos spiritus extiterunt olim, & hodie repudiare cœperunt, eas te damnare credo?

EXAMI. Damno & nouas & ueteres hæreses omnes.

EXAMEN SVPER LOCVM

de creatione & lapsu hominis.

SVPER. Tu sine dubio & omni controversia concedis hominem à Deo creatum esse, quemadmodum habet liber Geneeos.

EXAMI. Concedo & pro certo adfirmo.

SVPER. An etiam sic inter omnes creaturas nobilior homo?

EXAMI. Non. Ratio est, quia homo rationis est capax.

SVPER. Non solum quia rationis capax est; sed etiam quia ratione ad has pulcherrimas uirtutes ducitur, consequenter erit, principia & causas rerū uidet, eraumque progressus, t quasi antecessiones non ignorat, similitudines comparat, rebusque præsentibus adiungit atque annexat futuras, facile contutus uitæ cursum uidet, ad eamque degendam preparat res necessarias. Et quanque propter has uirtutes omnium maximas merito datur homo nobilissima creatura: tamen sunt aliæ causæ digniores adhuc: quia homo ad imaginem Dei creatus fuit: deinde quia post hanc uitam, ubi renouatus fuerit ad imaginem Dei, habebit aliam æternam.

EXAMI. Quid sibi uult locus Ge. i. hominem creatum fuisse ad imaginem Dei?

SVPER. Id à tescire gestio.

EXAMI. Quod homo representarit faciem Dei, & ut Deus ipse sua uiderit facie.

SVPER. Erras. Nam imago hic longe aliud significat, quam ex

DE SYNODIS.

quām externam aliquam faciem aut formam, qualem etiam perceptibilem Deus nullam habet; est enim spiritus. Significat hic igitur imago internam qualitatem aut naturam, seu bona interna & qualitates in Deo proprias. Sensus itaq; est: Deus creauit hominem ad imaginem suam, id est, fecit eum partipem suorum naturalium bonorum, & constituit eum in naturalia sua bona, nō aliter atq; angelos ipsos, qui hodie adhuc sunt naturalium bonorum in Deo participes. Sic homo sapiens fuit ut Deus, iustus, bonus, uerax, sanctus. &c.

EX AMI. Nihil ergo discriminis mansit inter Deum & hominem?

SUPER. Magnum equidem. Deus enim creator mansit, homo creatura. Deus spiritus mansit, homo corporea substantia. Homo in libero arbitrio creatus fuit, ex quo etiam deflectere potuit ad mala. Sed in Deo liberum arbitrium est, non tale, quale in homine. Deus enim suo libero arbitrio ad mala deflectere non potest: nec potest etiam sua naturalia bona amittere. Nu. 23. Non est Deus quasi homo, ut mentiatur, nec ut filius hominis, qui mutetur. In homine autem bona illa que ex participatione acceperat, talia fuerunt, que rursus amittere potuit.

EX AMI. Sanè oportet omnium maxima fuerit Philanthropia & charitas Dei in hominem, quem suis naturalibus bonis donauit?

SUPER. Sanè maxima: & quia maxima, igitur non est mis-
rum tanta bona Deum in hominem contulisse: nec simpli-
citer ut illa homo tantum haberet, contulisse; sed etiam illi
uius efficiendie bona dedisse. Sic homo certa noticia deum
cognoscere potuit, eum uerè timere, diligere &c.

EX AMI. Vnde certus siam, prædicta uenire nomine ima-
ginis intelligenda:

Super.

DE SYNODIS.

SUPER. Sic interpretatus est imaginē Apostolus ad Ephel.
4. Renouamini spiritu mentis uestre, & induite nouum
hominem, qui iuxta Deum conditus est in iustitia, sanctita-
te & ueritate. Ad Col.3. Ne mentiamini alius aduersus ²
lum, posteaq; exiūstis ueterem hominem cū factis suis, &
induistis nouum, qui nenouatur ad agnitionem & imagi-
nem eius, qui condidit illum. Et in hunc sensum interpre-
tantur imaginem Ireneus & Ambrosius.

EXAMI. Intellecto uocabulo imaginis, facile nunc est de-
finire hominem ante lapsum.

SUPER. Facillimum. Fuit enim homo ante lapsum nature
Dei particeps, sapiens, bonus, uerax, iustus, sanctus &c. ut
Deus.

EXAMI. Benē se habet descriptio hominis. Sed est ne simi-
lis aliquis locus in scriptura, qui docet hominem primum
in tanta bona constitutum fuisse?

SUPER. Est locus unus, uerbis quidem succinctus, at qui
uel una uoce omnia prædicta bona complectitur.

EXAMI. Qui obsecro?

SUPER. Ille qui extat Psal. 48. Homo cum esset in honore
non intellexit &c. Hic Dauid honorem uocat omnia illa
bona, quæ Deus in creatione communicauit cum homine.
Videtur psalmographus in uocabulis laborasse, nec habui-
se nomen, quo tanta bona exprimeret, uocauit ergo ea ho-
norem. Et reuera hoc honore non fuit aliud quicq; honoris
sicutius.

Cæterum quæro exte, nū bona illa adhuc habeat homo?

EXAMI. Non. Bona enim illa omnia per lapsum amitti!

SUPER. Vbi hoc scriptum est?

EXAMI. Id passim extat in scriptura, ubi de lapsu & poena
lapsus legitur.

SUPER. Insignior & apertior locus est, quem de lapsu &
poena

pœna illius conscripsit David. Psal. 48. Homo cum esset in honore nō considerauit, factus est similis iumentis, & comparatus est illis. Ergo homo nunc iumentum est?

E X A M I. Sanè id ego non dico; nā adhuc rationis capax est.
S V P E R. Licet sit homo rationis capax: uerè tamen iumentum est in rebus Dei omnibus intelligendis. Ast ne nasutulus quidam propter uocabulum iumenti, nobis prædicatoribus se opponant, qui alioqui modice sumus fortunę, intelliges Davidem per uocabulum iumenti uoluisse exprimere profundissimam ignorantiam hominis in rebus Dei. Sed habes ne aliquem scripturę locum, qui hunc Davidis aliquo modo illuminet?

E X A M I. Et si quem haberem: tamen nunc non succurrit.
S V P E R. Similis locus est ille, & alterius explicatorius, quē post se scriptum reliquit Apostolus 1. ad Corinth. 2. Anima lis autem homo non percipit ea quē sunt spiritus Dei. Animalem hominem uocat Paulus, totum hominem cum sensibus tam superioribus quam inferioribus. Quē sunt spiritus Dei non accipit animalis homo, id est, quē non nisi operante, & reuelante spiritus sancto intelliguntur. Adimit igitur hic Apostolus homini intellectū earum rerū omnium, quē sunt spiritus Dei, & quē spiritus sancti præsidio intelligere oportet.

E X A M I. Manet ergo homostipes & truncus in rebus de intelligentiis.

S V P E R. In illis rebus quid præstare potest homo, aut non potest, audies in sequenti loco delibero arbitrio. Verum est netib[us] locus aliquis patrū, qui uidetur ad profundissimum hominis lapsum alludere.

E X A M I. Oportunus locus iam nullus in manibus est.
S V P E R. Bernardus in Canticis ait. Heu tristis & lachrymosa mutatio, ut homo paradisi incola, terræ Dominus,

DE SY N O D I S.

cœli ciuis, domesticus domini Sabaoth, supernorum fo-
rituum & cœlestium uirtutum cohors, repentina conuersio-
ne & propter infirmitatem inuenit se in stabulo iacentem.

Porrò descripturus hominē post lapsū, quomodo nunc
eum suis coloribus depingeres?

E X A M I. Sumerem descriptionem per contrarium ab ho-
mine ante lapsū: Et dicerem eum nunc non amplius esse
naturalium bonorum cum Deo participem, sed potius na-
turæ diabolice participem factū (sicut & Christus ait Ioan. 5.
Vos ex patre diabolo estis, & desiderijs patris uestri uultis
obsequi) pro sapiente, insipientem; pro iusto, iniustum; pro
bono, malū; pro ueraci, mendacem; pro sancto, prophaniū
effectum; ita quod homo post lapsū in rebus Dei nihil in-
telligat, ueram Dei notitiam non habeat, careat uero timore
Dei, non uerè diligat Deum &c. in summa sit ipissimum
Satanę mancipium, quod ut proprium propter peccatum tra-
hit ac regit pro arbitrio, non aliter atq; filium ire & æternā
damnationis subiectum.

S V P E R. Descriptio placet, quanq; satis ardua & uehemens
uideri & iudicari possit ab illis, qui non libenter audiunt cat-
lamitates hominum exaggerari; oportet autem exaggerare
tas, ut beneficia Christiclariorū innotescant, qui tam extre-
mē perditos homines potuit denuo in integrum restituere,
& eos à tanta diaboli potestate eripere, sub qua in eternum
mansisset totum humanum genus, nisi fuisset per Christum
Iesum reparatum.

Sed quomodo lapsus primorum parentum contigit, que
so enarras?

E X A M I. Ego ut Moses lapsū descripsit, narrabo, su ex-
plicabīs difficultiora. Sic itaq; contigit lapsus. Deus cum hor-
minem in paradisum collocaſet, ut operaretur & custodiret
lignum præcepit ei, dicens. Ex omniliigno paradisi comedere,
de ligno

DE SYNODIS.

41

deligno autem scientiae boni & maline comedas. In quo-
cunq[ue] enim die comederas ex eo, morte morieris. Sed Ser-
pens callidior cunctis animantibus terre, que fecerat domi-
nus Deus, accessit mulierem, & ab ea præceptum Dei per-
cepit, quod postea hoc responso suo elusit: Nequaquam morte
moriemini. Seit enim Deus, quod in quocunq[ue] die comedas
ritis ex eo, aperientur oculi vestri, & eritis sicut dñs, scientes
bonum & malum. Mulier igitur ut uidit, quod bonum esset
lignum ad uescendum & pulchrū oculis, aspectuq[ue] delecta-
bile, tulit de fructu illius & comedit, deditq[ue] viro suo: qui
comedit.

SUPER. Multa egregia dogmata in hac lapsus primorum
parentis descriptione ludunt. Paradysus uoluptatis à Mose
diligentissime descriptus, qualis hortus fuerit, satis ostens
dit uox Eden, quod Hebreis delicias sonat, & in quo hor-
tus ille plantatus fuit. At hominem in paradiſo uoluptatis
fuisse à Deo collocatum, nihil significat aliud, quam homi-
nem in ea uita degisse, que erat amoenissima & summis uo-
luppatibus plena. Contraria hinc est uita, qua hodie uiuit
homo: hæc labore & sudore plena est.

Operaretur uerbum simpliciter accipio pro inhabitaret
& coleret. Vergilius. Posthabita coluisse Samo.

Custodiret illum, id est, serio curaret atq[ue] coleret.

Lignum scientie boni & mali, lex est, que proponit bo-
num & malum, & reuelat malum & sic peccatum.

Sensus itaq[ue] est huius præcepti de prohibito ligno scien-
tie boni & mali. Q. d. Deus ad hominem. Tu homo qui
in paradiſo positus es, & mali cognitionem non habes, ui-
de ut in horto uoluptatis sic agas ac uiuas, ne per inobedien-
tiam eō peruenias ut lex mea aperiat tibi malum & osten-
dat te peccatorem, qui iam non es peccator. Vnde & sequi-
tur in Mose post lapsum hominis, Quis indicauit tibi quod

L 11

DE SYNODIS.

nudus essem, nisi quod ex ligno, de quo præceperam tibi, ne commederes, comedisti: hoc est, te nudum esse & peccatum, & te id nunc cognoscere, efficit præceptum de prohibito ligno. In quocunq[ue] enim die &c. Pœnas transgressio[n]is præcepti h[ec] uerba promittunt. Questio insignis cuiusdam Mecœnatis hic mihi soluenda uenit. An sciuerit Adam transgressione præcepti se moriturum, necne?

R E S P O N S I O. Quid non sciuisse, ad quem dixerat dominus. In quocunq[ue] enim die comederis ex eo, morte morieris? Hoc autem quod sciuit non considerauit: quemadmodum & David cecinit. Homo cum esset in honore non considerauit, factus est similis iumentis: præterea ne consideraret homo, serpens extenuauit pœnam mortis à Deo adiectam: immo Deum cum sua pœna mortis studuit mendacem reddere. Dicens. Nequaquam morte moriemini. Item, ne consideraret homo, ab utilitate serpens excœcauit eum: inquietus. Scit enim Deus, quod in quocunq[ue] die commederitis ex eo, aperientur oculi uestri, & eritis sicut dij, sentientes bonum & malum.

Porrò uenit & hic meditandum, quur Satan non in sua forma propriata sed serpentis uenerit?

R E S P O N S I O. Ut facilius & commodius deciperet. Nam hic mos est Satan[us] perpetuus, alia specie eaq[ue] humili ac simili ad decipiendum uenire. Ea ppter & Apostolus ait: ad Corinth. cap. ii. Quandoquidem ipse Satanas transfiguratur in angelum lucis, id est, prætextu pietatis impellit ad mala. Sic Satan decepturus primitiū ecclesiam impia doctrina uenit, non diabolica forma, sed in speciem pijs hominibus, cucullis & crepidis præ se ostentantibus pietatem.

Ante decennium commotus rusticos ad seditionem contra magistratum, sub honestatis & pietatis specie uenit. Pietatis erat prætexere, magistratus impios pellendos esse. Honestatis

Honestatis erat prætexere nos natura natos esse ab libertatem: igitur tollere magistratum, & pristinam libertatem restituere, honestum esse.

Hodie sub simplici & humili Anabaptistarum conuersatione uenit, qui nec uina bibunt, nec assa edunt. Adam a Heuam accessit prætextu utilitatis.

Porrò Serpens rectè dicitur Satan à specie & prætextu humilitatis, qua instar serpentis humiliter serpit donec inficiat & fauicet ueneno omnia. Et qā humiliter serpit Satan igitur ab illius deceptione nemo sibi facile cauere potest.

Callidior uox notat idem, quod difficile sit sibi à Satana cauere, & ei resistere aliquem posse.

De causa aduentus Satanę, scias eam fuisse inuidiam erga humanum genus. Et hoc propriè pertinet locus Hieronymi epistola 5. Diabolo hoc nomen est, postq̄ homini inuidit.

Mulierem primis accessit Serpens, ut uas infirmius, quod facilius potuit decipi.

Nequaq̄ morte moriemini. His uerbis fecit sibi ingressum Satan ad decipiendum. Oportuit enim extenuare eum poenam transgressionis, qui ad transgrediendum persuaderet uoluit. Scit enim Deus &c. Aetiologia ab utili, quam mendacē laborauit Satan efficire Deum, qui poena mortis minatus erat Adam & Heuę. Mulier igitur ut uidit, Ecce concupiscentiam, quā aliquot uerbis exaggerat Moses, ut peccatum transgressionis in animo Heuę ostendas. Quæsto hic oritur. An hac concupiscentia peccasset Heua, si postea de facio non edisset de ligno?

R E S P O N S I O. Verè peccasset & esset transgressa legem Dei, etiamsi externum factum non accessisset. Iacobi 2. Dein de concupiscentia posteaq̄ concepit, parit peccatum: peccatum uero perfectam progignit mortem. Soluitur & hoc

SS. SYNODIS

Iacobilloeo illa questio. An concupiscentiam in Hervam se cura fuisse mors, si exter num factū aut edere non addidisse?

Sed quid porrò respondes ad illam blasphemiam. Deus est autor lapsus primorum parentum?

EXAMI. Hac dicere sanè est blasphemare Deum. Verum tu produc iustas causas excusationis, quur Deus non sit causa lapsus.

SUPER. Causa lapsus hominis non est Deus, sed Satan, qui ex inuidia hominem labi fecit, sicut & sentiunt patres. Et Satan omnium malorum causa est. Ioans. Cum loquitur mendacium, ex proprijs loquitur: quia mendax est, atque eius rei pater: Mendacio specie posita pro omnibus malis.

Oritur autem circa causas lapsus primorum parentum questio. Quomodo labi potuerint?

RESPONSI. Ex libera sua voluntate, in qua creauerat Deus primos parentes, quos cum relinquereat Deus suę libere uoluntati, aut stare aut labi potuerunt. Sed cum illi ex libera uoluntate magis declinarent ad malum, quam ad bonum, lapsi fuerunt. Et hac libera uoluntate excusatur deus, quod non fuerit lapsus in primis parentibus causa.

EXAMI. Sed quid sentis de hac blasphemia. Lapsus Ad & Heuę contigit diuina impulsione?

SUPER. Et hæc magna est in Deum blasphemia. Contrarium uerum est. Quanq; concedo diuina permissione lapsum primorum parentum contigisse. Et potest Deus suo iure, quod ipse creator in suas creaturas habet, deserere quas uult: deserere autem ex libera uoluntate facere possunt, quod uolunt. Verū de effectibus, qui lapsum secuti fuerunt, quid habent?

EXAMI. Quę Moses habet. Sed tu illos satis quidem imputatos erue.

Super.

SUPER. Lapsum hic effectus securus est, quod statim trans gresso præcepto, aperti facti sunt oculi primorum parentum, & cognoverunt se esse nudos.

EXAMI. Perobscurus est hic effectus; igitur te oro, ut eum explices,

SUPER. Aperti facti sunt oculi eorum, & cognoverunt se esse nudos: id significat, primos parentes cognouisse se esse peccatores, qui ante lapsum non erant; significat eos ex lapsu accepisse iudicium conscientie, quod prius non habebant: significat eos turpitudinem mentium intellexisse, quam prius non agnoscebat. Vis itaque scire a longe, quid aperitio oculorum intelligendum ueniat: item cognitione nuditatis: tunc tecum expendito qualis res sit cum conscientia de aliqua transgressione sibi conscientia. Item, cupis a longe noscere, in quibus gaudij steterunt primi parentes ante lapsum: expendito tecum gaudia conscientie de nulla transgressione sibi conscientia. Et hic effectus de oculorum apertione & nuditatis cognitione, qui lapsum est securus, poena fuit transgressionis diuinij præcepti. Ast quid obsecro indicauit primis parentibus, quod essent nudi.

EXAMI. Ignoro equidem.

SUPER. Moses in uerbis domini ad Adam declarat monachum nuditatem, qui fuit ipsius præcepti transgressio. Sic enim dixit Dominus. Quis enim indicauit tibi, quod nudus es, nisi quod ex ligno, de quo præceperam tibi, ne comederes, comedisti? Quadrat huc sententia Pauli R. o. 3. Ex lege est cognitio peccati.

EXAMI. In quem usum primi parentes fecerunt sibi perizomata;

SUPER. In oppalliationem peccati. Nam id paternum & maternum in primis nostris parentibus, uos filij & filiae ut

DE SYNODIS.

cunctis sequi studemus, quando nostris peccatis pallium superinsecimus, aut ea extenuare aut ad minus quacunque occasione excusare laboramus. In summa. Wir seind von uns serm vatter vnd mütter buben / vnd wöln doch nicht bilden sein.

Cæterum de poenis lapsus primorum parentum quid respondeat?

EXAMI. Queris de poena diaboli serpentis deceptoris primorum parentum?

SUPER. Non. Depœna enim diaboli ex claris uerbis prophetæ Mosis certi sumus: nimur quod in eternum sit maledictus; & ut habet Moses, cunctis diebus uitæ suæ: deinde inimicus ac persecutor & Christi & omnium piorum proclamatus. De poena ergo quero, quæ secuta fuit primorum parentum lapsus?

EXAMI. Corporalis poena, sicut habent uerba de dolore partus ad Hœuam, & de labore ad Adam.

SUPER. Non solum corporalis poena (quæ aliquo modo fuisset tollerabilis) sed & spiritualis poena est primos parentes secuta.

EXAMI. De corporal certus sum ex Mose, qui ait dominum ad Hœuam dixisse. Multiplico erumnas tuas & conceptus tuos. In dolore paries filios, & sub uiri potestate eris, & ipse dominabitur tui. Ad Adam dixit dominus. Male dicta terra in opere tuo. In labore comedes ex ea cunctis diebus uitæ tuæ. Spinas & tribulos germinabit tibi, & comedes herbas terre. In sudore uultus cui uesceris pane tuo, donec reuertaris in terram de qua sumptus es, quia puluis es. Sed poena corporalis, qua Adam punitus fuit aliquantulum obscura est: tu ergo explica obscuram.

SUPER. Primum utriuscum tam Ade quam Heue corporalem poenam intelliges non solum de his expressis rebus: sed etiam

Eiam de omnibus alijs miserijs, angustijs, anxietatibus, in fortunis, calamitatibus, morbis, laboribus, sudoribus, periculis &c. quibus totum humanum genus subiectum est, Item sub hic dictis uerbis intelliges & ipsam temporalem mortem, quam sub his uerbis habes; donec reuertaris in terra, de qua sumptus es.

Maledicta terra in opere tuo. His uerbis per contrarium monstrat Moses, qualis terra fuerit ante hanc maledictionem: nimirum benedicta & sua sponte sine labore et sudore hominis ferens cuncta. Item, docet hic Moses, qualis tum uita hominis fuerit: scilicet amoenissima & uoluptuosissima: quippe ab omni labore & sudore aliena.

Spinas & tribulos germinabit tibi. Hæc uerba occupatione continent, ne laborans & in sudore querens suum panem Adam, credat panem è suo labore & sudore esse. Q. d. Dominus: tibi laboranti & sudanti, tamen terra germinabit spinas & tribulos. Docemur ergo hic, ut terra fructus ferat, id non contingere ex nostris laboribus, sed ex beneficione domini. Et reuera sic etiam se res habet, uel experientia teste, qua aperte uidemus nostros labores in colenda terra sepe frustraneos esse, & terram nostris laboribus non respondere. Ratio est in opere nostro, in hoc ut nobis tantum ferat spinas & tribulos. Tibi, magnâ & uehementer habet emphasis. Porro de spirituali poena que sentis?

E X A M I. De spirituali poena rogo tu me doceas ex Mose, in quo eam non ualeo perspicere.

S V P E R. De poena spirituali docet Moses his uerbis. Et aperti sunt oculi eorum, & cognoverunt se nudos esse. Quæ uerba nihil aliud sibi uolunt, nisi quod primi parentes statim post transgressionem precepti, sint effecti peccatores, & se peccatores esse cognoverint: peccatum mors ut stipendum secutum est: cum peccato & morte sociarunt se res cognate;

M

DE SYNODIS.

ueluti, Satan peccati & mortis dominus, ira dei, damnatio

Quid ergo nunc est spiritualis poena, quæ primos parentes sequi coepit? Sanè nihil est aliud quā priuatio omnium honorum Dei, in quibus Deus hominem primū ad imaginem suam creatum, donauerat; ita, quod homo nō amplius sit sapiens ut Deus, non iustus, non sanctus, non uerax: sed insipiens, iniustus, prophanus, mendax: item quod homo non sit amplius diuinę naturae particeps; uerum diabolice filius Satan: immo mancipium, quod regit & trahit pro libidine: filius mortis, iræ & damnationis; non habeat amplius ueram notitiam Dei, non uerum timorem Dei, non ueram dilectionem Dei, nullam ueram rerum spiritualium cognitionem. Debent huc referriri loci scripturæ, qui de spirituali poena agunt, quorum multi extant in sacris literis. Psal. 49. Homo cum esset in honore non considerauit, factus est similis iumentis, & comparatus est illis. Pertinent & huc scriptaræ adhortationes Apostoli ad induendum nouum hominem, qui conditus fuit secundum Deum in omni sanctitate, iustitia & ueritate. Ad Ephes. 4. Et ad Colos. 3. Quibus locis ostendit Paulus, quales aliquando fuimus ante lapsum, & qui nunc post lapsum sumus. De propagatione lapsus primorum parentum in nos, quid putas?

E X A M I. Quod sacra scriptura putat Ad Ro. 5. priore ad Corinth. 15. In Adam omnes mortui sumus. Quemadmodum propter unum hominem peccatum in mundum introiit, ac propter peccatum mors, & sic in omnes homines mors peruersit, quatenus omnes peccauimus &c.

S V P E R. Apostolus de propagatione recte loquitur: sed sunt quidam, qui Apostolum non recte intelligunt.

E X A M I. Qui sunt illi?

S V P E R. Nomina illorum aperta sunt. Sed ex his quidam extenuant propagatione contracta à primis parentibus uicia &

cia & poenas, & dicunt contracta illa & uicia & poenas ex propagatione, non esse res sua natura dignas æterna damnatione: quidam poenam corporalem tantum nos contraxisse blaterant non spiritualem: quidam peccatum ad nos deuenisse ex propagatione tantum statuunt, non poenas.

Tu uero detestaberis ex iheribis Pauli omnes illas hæreses, & contrariū senties: uidelicet contracta & uicia & poenas ex propagatione esse res sua natura dignas æterna damnatione: item, statues non solum poenam corporalem, sed et spiritualem per propagationem ad nos abiisse. Tandem & illorum errorem posthabebis, qui peccatum non poenas ad nos peruenisse contendunt.

E X A M I. Hæc peccata & ille poenæ primorum parentum quando nos tenent: nunc primum quando actualibus peccatis ad similitudinem nostrorum parentum peccamus?

S V P E R. Non. In ipsa conceptione & in utero matris nos tenent. Læcta illud. Ad Ro. 5. Imò regnauit mors ab Adam usq; ad Mosen, in eos quoq; qui non peccauerant ad similitudinem transgressionis in Adam, qui typum gerit illius futuri: Vbi Paulus loquitur de paruulis. Psal. 50. Ecce enim in iniuratibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea. Ad Ephes. 2. Et eramus natura filij iræ. Postremo si que sunt hæreses & errores contra prædicta de creatione & lapsu hominis, eas te improbare credo?

E X A M I. Improbo omnes.

EXAMEN SVPER LOCVM

De libero arbitrio.

S V P E R. Cum iam homo in illam miseriam incidisset ex lapsu, quæro ex te, num potuerit se ipsum ex illa miseria eripere?

E X A M I. Non potuit. Non aliter atq; projectus in profundum luctum, fractis crurisbus resurgere è luto non potest.

DE SYNODIS.

SUPER. Ergo negas in primo homine liberum arbitrium post lapsum fuisse?

EXAMI. Non solum in primo: sed & in nobis omnibus.
SUPER. Modestius queso agas, ne negando liberum arbitrium in multorum iudicia incurras.

EXAMI. Communi hodie more omnium & ego liberum arbitrium nego.

SUPER. Non satis est liberum arbitrium negare, nisi & hoc ordine, & certis rationibus facias. Locuturus ergo de libero arbitrio, oportet exordium sumas a divisione libertatis arbitrij, quod diuides in liberum arbitrium ante lapsum, & liberum arbitrium post lapsum: & hoc posterius diuides in liberum arbitrium in rebus spiritualibus, & in liberum arbitrium in rebus civilibus seu externis. Quid autem sit liberum arbitrium ante lapsum, a te scire opto.

EXAMI. Ego uero a te scire summopere gestio.

SUPER. Liberum arbitrium ante lapsum fuit plenaria libertas apprehendendi tam bona, quam mala: tam seruandi praecepta Dei, quam non seruandi, pro libera uoluntate in creatione diuinatus hominibus indita. Et ad hanc definitiō nem pertinent uerba Ecclesiastici ca. 15. Deus ab initio creauit hominem, & reliquit illum in manu consilij sui. Adiecit mandata sua, si uolueris ea seruare, conseruabunt te &c. Apposuit tibi aquam & ignem &c.

EXAMI. Nunc primum hec Ecclesiastici uerba intelligi nimirum que non de libero arbitrio post lapsum hominis intelligi debent: sed de libero arbitrio ante lapsum.

SUPER. Sic debent intelligi. Et sic intellecta nihil probant pro arbitrio libero post lapsum. Et utinam quidam Ecclesiasticum sic intellexissent, nunquam sic fide in defensione libertatis arbitrij a ueritate aberrassent.

EXAMI. Hoc liberum arbitrium quas habuit causas? Super.

SUPER. Deum creatorum, qui hoc liberum arbitrium ins-
didit hominibus in creatione. Instrumentales seu efficientes
habuit causas, rationem & voluntatem. Ratio indicauit quae
bona, quae mala; uoluntas obtemperauit uel repugnauit iu-
dicio rationis. Augustinus de correctione & gratia. Prima
libertas erat uoluntatis posse peccare.

Thomas prima parte, questione 63. articulo 3. & 4. Libe-
rum arbitrium est idem realiter quod uoluntas, secundum
quod in ea est uirtus intellectus: unde liberum arbitrium
esse dicitur facultas uoluntatis & rationis.

Magister lib. 2. Sententiarum Dist. 24. ex predictis causis
liberum arbitrium definiuit. Liberum arbitrium est facul-
tas rationis & uoluntatis &c. Et Paulo post. Dicitur uero
liberum arbitrium, quantum ad uoluntatem attinet, quae
utrumlibet flecti potest. Arbitrium uero quantum ad ratio-
nem, est facultas uel potentia illa, cuius est etiam discernere
inter bonum & malum.

EXAMI. Sanè perutile est scire has liberiarbitrij causas,
qui excusant deum ut autorem lapsus in primis parentibus,
& ostendunt eos labi potuisse,

SUPER. Evidem perutile est istas causas scire, quas & pa-
tres subinde inculcarunt ad excusandum Deum. Ambro-
sius de uita beata, questione 15. paragrapho. Non est. Non
est quod cuique nostram adscribamus erumanam, nisi nostræ
uoluntati. Magister Dist. 25. lib. 2. In his tantum uidetur esse
liberum arbitrium, qui uoluntatem mutare, & in contraria
possunt deflectere.

De partibus huius liberi arbitrij quae habent?

EXAMI. Hoc liberum arbitrium non credo in partes diduci.

SUPER. Verum est quod dicas, nisi respectu oppositi homi
& mali quis illud diducere uellet.

Ast de effectibus huius liberi arbitrij quae tenes?

DE SYNODIS.

EXAM. Effectus huius liberi arbitrij duco colligendo esse ex definitione. Si enim hoc liberum arbitrium fuit plenaria potestas tam apprehendendi bona quam mala &c. Ergo huius effectus fuerunt.

Diligere Deum, & odisse.

Seruare mandata Dei, & non seruare.

Apprehendere bonum, & non apprehendere.

SUPER. Hi effectus liberrimè uoluntatis libertimi fuerunt nulla necessitate aut impulsione diuina compulsi.

EXAM. Habet etiam homo adhuc hoc liberū arbitrium de quo hactenus egisti?

SUPER. Non. Sic enim ait Augustinus in Enchiridio. Homo male utens libero arbitrio, se perdidit & ipsum, quia perdata est per peccatum libertas, non à necessitate sed à peccato. Qui enim facit peccatum seruus est peccati. Magister lib. 2. dist. 25. Vnde manifestum est, quod præter alias penitentias pro peccato illo, incurrit homo poenam in corruptione & depressione liberi arbitrij &c. Et Paulo post. Corrupta est ergo libertas arbitrij per peccatum, & ex parte perdita.

DE LIBERO ARBITRIO

post lapsum.

EXAM. Quid porro est liberum arbitrium post lapsum? SUPER. Liberum arbitrium post lapsum, uti supra dixi, diuidi debet in liberum arbitrium in rebus spiritualibus, & ad Deum pertinentibus: & in liberum arbitrium in rebus ciuilibus seu externis. Liberum ergo arbitrium in rebus spiritualibus seu ad Deum pertinentibus post lapsum, nihil est aliud quam uoluntas quedam, appetens spiritualia seu res ad Deum pertinentes, que tamen uel a sequi uel exequi non potest, nisi accesserit spiritus sanctus, & iuuerit uoluntatem, & conatus nostros.

Exam.

E X A M I . Hanc liberi arbitrii definitionem post lapsum, non recipient, qui in uniuersum liberum arbitrium post lapsum negant, his scripturæ locis firmati. Nemo ueniet ad me nisi quem pater traxerit. Ioan. 6. Item. Sine me nihil potestis facere.

S V P E R . An credis reperi posse, qui negent in uniuersum liberum arbitrium, in rebus spiritualibus post lapsum in homine?

E X A M I . Quām plurimos.

S V P E R . Si fortassis quis adsereret tale liberum arbitrium, è quo quis possit seruare omnia mandata Dei, & mereri iustitiam, etiam sine gratia seu præsidio spiritus sancti. Hoc liberū arbitrium in homine adserere post lapsum, esset Pelagianismum inducere, & scholasticorum more despere.

E X A M I . Non solum si tale liberum arbitrium quis adsereret. Imō planè nullum esse uolunt post hominis lapsum in rebus spiritualibus.

S V P E R . Bona uerba queso. Quid enim hoc aliud esset dicere, prorsus nullum post lapsum in homine concedere liberum arbitrium in rebus spiritualibus, quām ex homine truncum & stipitem facere?

E X A M I . Quale ergo tu hoc liberū arbitrium post lapsum in rebus spiritualibus dicas?

S V P E R . Appetitum quendam, conatum & studium quodam pro rebus spiritualibus, quod tamen nihil est sine spiritu sancto, quem oportet appetitum illum, conatum & studium illud iuuare.

E X A M I . Tu scripturis probabis appetitū illum, conatum & studium illud pro rebus spiritualibus? Ad Ro. 6. Quod ego non probo, & quod non uolo, hoc facio: & quod odi, ego non conago. Ecquid uides appetitum quendam, uoluntatem, conatum & studium pro rebus Dei atq[ue] adeo pro bono? Item

nono

D E S T I N O D I S .

nono capite ait Apostolus. Non est uolentis neq; currentis,
sed miserentis Dei. Vbi currere & uelle relinquuntur no-
stræ voluntati: quanç interim diuinæ misericordiæ cunctæ
tribuantur. Solo Pro. 16. adtribuit cordi hominis cogita-
tionem uię sue. Et statim subiicit. Et Dominus dirigit gressu-
sus eius. Zachæus Lucae 19. quæsiuit uidere Christum quis
esset: quibus uerbis exprimit Euangelista studium & co-
natum aliquem in Zacheo, qui si non quæsiuisse Christum
uidere, fortassis aut tum non fuisset uocatus, aut serius po-
steq; uocatus fuisset. Idem notant sequentia uerba Lucae. Et
præcurrens ascendit in arborem. Hic currere & ascendet
studium & conatum aliquem ostendunt.

E X A M I . Appetitus ille tuus, conatus & studium tuū cer-
nuntur quidem illa aperte satis in productis locis & exem-
plis, uerū quid iuuat appetere & uelle res spirituales & bo-
na: item, quid iuuat studere, conari & currere pro rebus spi-
ritualibus & bono, nisi & perficere adsit, nisi & assequamus
quod appetimus, & pro quo conamur & currimus?

S U P E R . Perficere dat Deus, teste Apostolo. Et pertinent
huc scripturæ loci, qui passim tribuunt Deo perficere. Et
Apostolus ubiq; præcatur suis ecclesijs, ad quas scribit, ut
Deus, quod in illis cœpit, bonum perficiat, Ad Philip. 1.
Persuasum hoc ipsum habens, quod is qui cœpit in uobis bo-
num opus perficiet.

Huc & patrum sententiæ spectant. Augustinus de natura
& gratia. Sed ut in peccatum iret, sufficit ei liberum arbit-
rium, quo se ipse uitauit: Ut autem ualeat ad iustitiā, opus
habet medico: quoniam qui sanus non est, opus haberet uiu-
ficatore, quia mortuus est. Idem, cap. 24. in eodem lib. Et
hoc eorum disputatio euacuare contendit, cum ab eis ita na-
tura humana defenditur, ut possit liberū arbitrium isto pre-
cio (scilicet passionis Christi) non egere, ut à potestate tene-
brarum

brarum et proposito mortis in regnū Christi domini transse
feramur. Magister lib. 2. dist. 24. liberum arbitrium est
facultas rationis & voluntatis, qua bonum eligitur gratia
adīstente, uel malum eadem desistente.

E X A M I. Ergo appetere, conari, studere, currere & uelle
sine gratia nihil possunt?

S V P E R. Quantū ad sufficientem effectum attinet, sine gra-
tia nihil possunt. Interim tamen media quedam sunt & prin-
cipia, quibus itur ad sufficientem effectum. Sic Zachæus
Lucæ¹⁹. quæsiuit Christum uidere, præcurrerit præ alijs &
ascendit in arborem, donec tandem consiperetur à Chris-
to, & postea audiret. Hodie salus facta est huic domui.

E X A M I. Appetere, conari, studere, uelle & currere pro re-
bus spiritualibus, sunt ne ista pura possibilia opera humana
rum uirium?

S V P E R. Quid ni essent pura possibilia: quippe partim ex-
terna opera, partim que homines etiam per spiritum sanctū
nondum renati præstare possunt aliquo modo, modonon
impediantur à diabolo?

E X A M I. Sed quid respondes ad has sententias. Ad Phi-
lip.¹ Quod Deus in uobis coepit bonum, hoc & perficiet.
Sine me nihil potestis facere ait Christus in Ioan. Item. Ne-
mo uenit ad filium nisi quem pater traxerit.

S V P E R. Incipere non adimo Deo. Qui enim si propagat-
ione sui uerbi non inciperet, nec illud prædicando reuelari
permitteret, non esset locus appetitui nostro conatur, studio,
cursu, & uoluntati nostræ. Nec hic disputatur. An appeti-
tus noster, conatus, studium, cursus & uoluntas nostra alii-
quid ualeat pro reuelatione uerbi, quam donum Dei sim-
pliciter esse credo: sed disputatur hic: an appetitus noster,
conatus, cursus, studium, & uoluntas nostra, aliquid ualeat
pro reuelato uerbo audiendo, aut in rebus spiritualibus

DE SYNODIS.

reuelatis, conando. Multa sane potuit Nicodemus Iohann.^{is} non dum renatus. Multa sane fecit Zachaeus & Porro loci ex Ioanne adducti non tollunt in nobis appetitum, conatum, studium, cursum & voluntatem pro rebus spiritualibus. Loquuntur enim de sufficientibus effectibus erga res spirituales: quales sunt effectus, facere & uenire ad Christum. Nam uenire ad Christum non est appetere aut conatur obiter pro Christo: sed est fide eum accedere & apprehendere; fidem uero non tribuo nostro appetitui aut conatu*rum*. Est enim fides donum spiritus sancti.

E X A M I. Ergo aliquid tribuis in rebus spiritualibus nostro appetitui: conatu*rum* &c. aliquid non tribuis?

S V P E R. Nostro appetitui, conatu*rum* &c. tribuo omnia illa, que possumus suscipere pro rebus spiritualibus diuina gratia reuelatis, ut appetere uerbum, ingredi templum audiendi gratia uerbum, audire uerbum, conari, currere, laborare & studere pro uerbo. Ast uerbo credere, certa fide illud appetere, cor illud suscipere, in illo te oblectare, in illo die atque noctu cum uoluptate cordis meditari, ad auditum uerbum totum hominem immutare, uerbi gratia omnia relinquere & postponere posse, per uerbum regenerari &c. illa inquam opera nostro conatu*rum* & appetitui non tribuo.

E X A M I. Appetere uerbum, templum ingredi pro uerbo audiendo & similia opera prestare, que paulo ante recitasti, in nihilo igitur egent gratia Dei?

S V P E R. Communi & generali illa gratia egent, qua Deus regit & gubernat omnia: & in quantu*m* gratia Dei egent haec opera externa, edere & non edere, dormire & non dormire, uestire se hac uel illa tunica &c.

E X A M I. Appetere uerbum, templum ingredi pro audiendo uerbo, audire uerbum &c. sunt haec opera ita in humis uiribus, quod nequeant a Satana impediri, id si esset ue-

rum,

rum, multum sane adhuc tribueretur humanis viribus?
 SVPER. Impediri a diabolo possunt, permittente Deo, id
 quod etiam experientia docet, dum aliud ago, quam fortassis
 institui. Et Apostolus de impedimentis Satane queritur,
 Ad R. o. 7. Quod ego non probo, & quod non uolo, hoc fa-
 cio: & quod odi, ago.

EXAMI. Quur tam anxie ista externa opera urges: ueluti
 appetere uerbum, conari pro uerbo &c. cum tamen sine gra-
 tia ad sufficientem effectum non deducant?

SVPER. Ne prorsus trunci & stipites iudicemur nos homi-
 nes: deinde ut quorundam temeritati occurram, qui sine om-
 ni iudicio de libero arbitrio coram uulgo digladiantur: tan-
 dem ut inueniam remedium contra blasphemam illam ob-
 iectionem, eorum, qui sic obijciunt. Si nullum plane est li-
 berum arbitrium in rebus spiritualibus seu bonis: ergo ex-
 pectabimus, donec nos trahat pater? & sicut quidam ridicu-
 le ac impie iocantur: donec mittat nobis columbam assam-

de celo, & inuitet nos proprio nuncio?

EXAMI. An sint, qui audient sic absq[ue] timore Dei iocari?
 SVPER. Reuera multisunt, qui sic impune etiam iocantur.
 Sed u[er]e illis qui s[ecundu]m ita iocandi sua temeritate alijs occasio-
 nem præbent, dum de libero arbitrio sine omni iudicio atq[ue]

delectu uociferantur.

EXAMI. Fortassis & hinc orta est securitas, que hodie est:
 in mundo, & qua mundus ferè detrectat omnem conatum
 pro rebus spiritualibus seu bonis?

SVPER. Verè hinc securitas illa prodijt.

EXAMI. Si ergo nunc denuo uulgus ad conatum quen-
 dam prouocaretur?

SVPER. Sane hac prouocatione neminem peccare crede-
 rem, ut nos faceremus externa illa opera, de quibus nunc s[ecundu]m
 pedixi, & postea funderemus ad Deum preces, ut externos

DE SYNODIS.

nostros conatus ad sufficientem effectum producere uelle.
Ast audi quid semel mihi contigerit in Stiria. Erat in ea re-
gione uir prædiuus quidam : hic cum me & alios bonos ui-
ros semel ad cœnam inuitasset, præter omniū in mensa affla-
dentiū expectationem , post multas de libero arbitrio ultra
citroq̄ habitas confabulationes , tandem in hæc uerba pro-
nū impebat. Non expono teruntiū in usum pauperum, quin
senio accitum gladium per cor meum transtire. Et cum nos
omnes attoniti & stupefacti admiraremur prædiuitis illius
uerba: postremo prioribus addebat suspirans & hæc. For-
tassis non habeo gratiam erogandi mea bona in pauperes.
Ego autem qui præ alijs magis mirabar hominis dicta, oc-
cipiebam illa confutare, & à longe ostendere, illū gratiam
habere. Ad que ille respondebat, ut hoc probarem: Ego con-
uocatis duobus scholariibus casu tum ante q̄des Psalmū de-
cantantibus, ad probandum accingebar. Inquiens. Immitte
manum in peram & extrahe nummos: Ille statim monitis ac
quiescens, aliquot nummos extrahebat: postea addebam ut
& eos pueris impartiret, quod & faciebat. Ego uero excla-
mans, dicebam. Nunc satis probauit te gratiā habere, ut elar-
giri tua in usum pauperum possis: quia uales manum in pe-
ram imittere, eam denuo extrahere pecunia refertam, tan-
dem & eam erogare in pauperes. Ad que ille. Tamen cor
consentiens non accessit ad externa opera: Respondebam
ego. Fac ut externis huiusmodi operibus te subinde exer-
ceas, deinde Deum implores, quisine dubio & cor consent-
tiens externis factis aliquando dabit.

EXAMI. Recte iugulasti hominem, & mihi inde forma
iugulandi eos petenda est, qui proaudiendo uerbo nihil fa-
cere uolunt, ne templum quidem ingredi, nec quicq̄ pro re-
bus spiritualibus conari: sed ex contemptu, uel ex securitat-
te, uel temeraria persuasione, & s̄æpe exodiosa pertinacia,
rarissime

rariſſime ex ſimplicitate, expeſtantes neſcio quam gratiam
abſq; ullis externis medijs, quib; plerumq; itur ad internā
accordis pietatem.

SUPER. Sed finem hiſ faciemus. De cauſis huius liberi
arbitrii post lapſum in rebus ſpiritualibus quid habes?

EXAMI. Quia appetere reſ ſpirituaſ & pro illis conari,
partim exteſta ſunt opera, partim talia, que ſicut exemplis
dictis teſtatus ſum, que ante regenerationem per ſpirituſum
ſanctū praefiterunt homines: quare illis cauſas adtribuo ra-
tionem & uoluntatem: que dum ſunt in hominibus, eiusmo-
di opera progignere poſſunt, modo Satan illas cauſas in
ſuocuſu non impeditat.

SUPER. Benē reſpondiſti. De partibus huius liberi arbitrii
quid teſtes?

EXAMI. Huius liberi arbitrii nullas ſcio partes.

SUPER. De effectibus ergo huius liberi arbitrii qd putas?

EXAMI. Effectus huius liberi arbitrii colligo ex externis
illis operibus, que hactenuſ ſic anxie tractasti, ut

Appetere reſ ſpirituaſ.

Velle ſpiritualia Ad Ro. Cap. 7.

Conari & ſtudere pro rebus ſpiritualibus.

Facere aliquo modo exteſta legis opera.

Apprehendere aliquo modo promiſſionem.

Vitare aliquo modo exteſta uicia &c.

SUPER. Hi effectus quanq; uideantur eſſe libertimi arbitrii
opera, & que humana mens poſſit ſuis uiribus ſine renoua-
tione praefare: tamen ferē ſerui ſunt arbitrii effectus, in firſ-
mi & imperfecti, qui de facili per Satanan impediri poſſunt
quiq; & lunt tantum aliquo modo, ubi non impediāntur, ef-
ſicas in maxima imperfectione & infirmitate, ad nullum
ſufficientem effectū. Verum infirmitas illa ſubleuat prae-
ſilio ſpirituſi sancti, qui noſtros appetitus & conatus pro re-

N in

DE SYNODIS.

bus spiritualibus uerē & ad sufficientem effectum reddere efficaces potest. Tandem de libero arbitrio post lapsum in rebus ciuilibus & meris externis, quid sentis?

E X A M I. Tu rogo definitionem addas.

S V P E R. Est igitur liberum arbitrium post lapsum in rebus ciuilibus & meris externis, uoluntas aliquo modo efficax rerum externarum etiam sine renouatione spiritus, que tam à diabolo impediri potest.

De hac definitione nemo prudens dubitauit: quippe donec ratio & uoluntas in hominibus manent (manebunt autem donec fuerunt homines) non cessabit liberū arbitrium in hominibus pro rebus ciuilibus & meris externis perficiendis. Vnde & philosophi hoc liberum arbitrium definiunt ex causis. Liberum arbitrium est uoluntas cum ratione coniuncta. Quod uero hoc liberum arbitrium impediri à Santana queat, uel ipsa experientia docet, dum amphoram instito, sicut poeta ait, & urceus exit. Et Medea dicit apud poetam. Video meliora probolq; deterrima sequor. Porro de causis huius liberi arbitrij certus fieri cupio.

E X A M I. Iuxta Philosopherum sententiam huius liberi arbitrij causæ sunt ratio & uoluntas. Illa dictitat quid faciens dum sit, & monstrat quid bonum & malum existant: hæc obtemperat rationi, aut non obtemperat.

S V P E R. De partibus huius liberi arbitrij, si que habes, ea narra.

E X A M I. Huius liberi arbitrij partes nullas habeo.

S V P E R. Effectus huiusliberi arbitrij, qui sunt?

E X A M I. Edere, non edere.

Dormire, non dormire.

Sedere, non sedere.

Stare, non stare.

Vestire se hac tunica, uestire se alia.

Ethiæ

Et h̄iā similes effectus apparent esse libertimi liberi arbitrij.

SUPER. Apparent quidem: sed reuera non sunt ita liberi, quia à Satana impediti possunt. Ab hæresibus contrato sum liberum arbitrium puto te alienum esse?

EXAMI. Ab ilis & sum alienissimus, & manebo gratia dei.

EXAMEN SVPER LOCVM

De promissione.

SUPER. Porrò quia lapsus primorum parentum restauratus fuit, & eum restaurari oportuit propter humani generis salutem: Itē, quia nemo dubitat Adam & H̄equam saluos esse factos: quomodo ergo nūc fuit lapsus restitutus, & qua via primi parentes rursum ad gratiam peruererunt?

EXAMI. Cum primi parentes ex suo lapsusibi iuuare non possent, accessit Deus ex misericordia, & fecit promissionē de Christo filio lapsus perfecto restauratore.

SUPER. Sed quę fuit illa promissio?

EXAMI. Quę extat Ge. 3. Ipsum conteret caput tuū. Huic promissioni de Christo futuro ex muliere semine, crediderunt primi parentes, & salvi facti sunt, hoc est totus lapsus ad salutem illis nihil amplius obfuit.

SUPER. Ergo Christus reparator lapsus est?

EXAMI. Maximē. Sic enim ait Apostolus 1. ad Corinth. 15. In Adam omnes moriuntur, & in Christo omnes uiuificabuntur. Ad Ro. 5. Quemadmodum enim per inobedientiam unius hominis, peccatores constituti fuitus multi: ita per obedientiam unius, iusti constituentur multi.

SUPER. In quantum reparatus fuit lapsus primorum parentum per Christum?

EXAMI. In tantum ne lapsus ulterius illis ad salutem observet. Et sic prototo humano genere reparatus est lapsus ille, ne impedit salutem.

Super.

DE SYNODIS.

SUPER. Quid autem respondes ad hunc de restitutione lapsus errorem, ita per Christum esse lapsum restitutum, quod iam in nostris viribus sit, eque faciliter ut antea & aprehendere bonum & malum? Item, quod nunc sit in viribus nostris seruare perfecte omnia mandata Dei ad iustitiam ualentem coram Deo?

EXAMI. Hunc errorem relinqu Pelagianis & Anabaptistis.

SUPER. Nihil uero superest de lapsu amplius post reparationem per Christum factam?

EXAMI. Reatus lapsus sublatu est per Christum, ita quod lapsus amplius non damnet nos. Interim materiale ut no-

cant, ipsa concupiscentia, ex lapsu contracta, adhuc manet.

SUPER. Quando in nobis reatus ille lapsus tolli incipit?

EXAMI. Id sit in Baptismo.

SUPER. Refert ergo hic in promptu habere Augustini dictum. Peccatum in baptismo remittitur.

EXAMI. Et reliquam illius dicti partem hic scire refert, ut sciamus quomodo lapsus sublatu sit per Christum, nou ut lapsus materiale, id est, ipsa concupiscentia, amplius non sit, sed ne imputetur amplius. Integrum enim hoc Augustini dictum est. Peccatum in baptismo remittitur, non ut amplius sit, sed ut non imputetur.

VPER. Tandem quibus uerbis definis promissionem?

EXAMI. Promissionem hic definire licet, certam in Christo Iesu addictionem, à Deo factam Ade & Heue, atq; adeo sic toti humano generi, pro restitutione lapsus, & inde contratarum poenarum, ad eternam salutem.

SUPER. Placet ut curi collecta definitio, quam te probare posse credo ex Ge. uerbis. Ipsum conteret caput tuum, haud sum inscius. Capitis uocabulum contrarium ex lapsum poenarum potentiam exaggerat, & ipsius lapsus magnitudinem

tudinem eleuat. Commendatur & capitis uocabulo potentia Christi promissi, qui tantum caput conterere potuit.

De causis promissionis quæ tenes?

EXAMI. Causas promissionis simpliciter ad sero gratiam & misericordiam Dei.

SVPER. Et reuera non fuerunt aliæ promissionis causæ.

Quippe cum fieret hæc promissio, eramus adhuc inimici Dei: quid uero inimici possunt de meritis suis gloriari?

De partibus promissionis quid putas?

EXAMI. Promissionis huius nullas agnosco partes. Quan-

quam non ignorem alias uarias esse promissiones, idq; re-

spectu rerum uariarum.

SVPER. Nostri etiam quomodo iustitiarum operum subin-

de soleant promissionem in Christo pro iustitia ualente, co-

ram Deo factam, eludere?

EXAMI. Non noui.

SVPER. Promissionem in Christo factam pro iustitia, res-

rum terrestrium & corporalium promissione deforment.

Effectus huius promissionis, de qua hic agimus, quos dicens?

EXAMI. Generalior effectus est hic ex 3. cap. Genes. Ser-

penti caput conterere.

SVPER. Si nunc prædictus effectus generalior est: igitur

sub hoc intelligendi ueniunt alijs speciales omnes. In summa,

quecunq; beneficia in nos contulit Christus.

EXAMI. Bene quidem. Farrago specialium effectuum pro-

missionis ab officijs à Christo nobis præstitis sumi potest.

SVPER. Errores, qui circa promissionem surrexerunt, te

damnare credo.

EXAMI. Damno & detestor.

EXAMEN SVPER LOCVM

De Ecclesia.

SVPER. Quo tempore cœpit ecclesia?

DE SYNODIS.

EXAMI. Qui hoc queris. Tum enim cœpit, cum Christus ueniret in mundum parans sibi Euangelij prædicationem ecclesiam.

SUPER. Ergo Adam & Hœua, & alij sancti patres ante datam & post datam legem non fuerunt ecclesiæ membrorum.

EXAMI. Ego putabam te interrogare de ecclesia, institutione & reuelatione Euangelij per Christum congregata.

Sed nunc succurrat mihi ueritas. Ecclesia tempore Ade &

Heue cœpit.

SUPER. Verè quidem tum cœpit. Nam statim facta promissione de Christo, cui cum iam crederent Adam et Hœua, ecclesiæ membra fieri cœperunt. Sed super quid fundata est ecclesia?

EXAMI. Super promissionem de Christo.

SUPER. Rectius & conuenientius responderes super fidem in promissionem de Christo: aut simpliciter omisso obiecto, quod est promissio, super fidem in Christum. At si quantum se extendit fides illa?

EXAMI. In promissionem ut suum obiectum aut in Christi obiectam personam.

SUPER. Dicere uolui quid illa fide confitendum sit, ut esse ecclesiæ membrum fias?

EXAMI. Exemplo Petri 16, cap. Matth. confitendum est Christus, filius Dei uici.

SUPER. Sanè qui ex fide sic confitetur de Christo, uerum est ecclesiæ membrum: uel Christo teste ad Petrum. Beatus es Simon Bar Iona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus, qui in cœlis est. At ego uiscissim tibi dico, quod tu es Petrus, id est confessor ueræ Petriæ, & super hanc Petram, hoc est, super hanc ipsam fidem & confessionem quam de uera Petra, ædificabo ecclesiam meam.

Cæterum ut definis ecclesiam:

EXAMI

E X A M I. Ecclesiam in genere sumptam definitio esse con-
gregationem omniū illorum, qui profitentur Euangeliū
exceptis excommunicatis. Et est hæc definitio certa ex aliis
quot Euangelicis parabolis, quæ docent in generali ecclesia
usq; ad finem mundi futuros esse uerè credentes & hypocri-
tas. Parabolæ sunt Matth. 13, de bono semine & Zizanijs
super inseminatis: de uerriculo facto in mari: de lagena;
Matth. 25, de decem uirginibus.

S V P E R. Ex hac definitione patet in una generali ecclesia
esse duplices homines, uerè credentes & hypocritas. Ve-
rum minor quur propter duplices personas, non facias du-
plicem ecclesiam?

E X A M I. Libenter ego duplicum facerem: sed timeo præ-
dictas parabolas, & absurditatem unā cum periculis, quæ
inde euenire possent. Si enim iuxta paulo ante citatas para-
bolas manebunt ad finem usq; mundi in generali ecclesia ue-
rè pīj & hypocritæ impij, non licet sine periculo duplicum
ecclesiam facere. At quid consilij in re ardua & periculosa?

S V P E R. Absurditas magna esset duplicum facere ecclesiam:
esset & periculum propter hypocritas, qui nolimus, uelis-
mus, membra ecclesiæ esse uolunt. Nulla tamen est absurditas,
nec ullum inde periculum sequi potest, pro more scriptu-
ræ generalem ecclesiam in suas speciales deducere, idq; do-
cendi gratia, ut dicas generalem sub se latentem habere san-
ctorum ecclesiam & malignantium ecclesiam. Et sic loqui
bonos & malos, uerè credentes & hypocritas, Anabapti-
sticum est illud, uelle in hoc mundo ecclesiam constituere
in qua non sint mali & hypocritæ. Sed ut definis sancto-

E X A M I. Ecclesia sanctorum seu uerè credentium numerus,
est congregatio eorum, qui corde credunt, & ore con-

DE SYNODIS.

ſicutur, exemplo Petri, Chrístum eſſe filíum Dei uiui.	
Arridet definitio. Sed audi huius ecclesiæ appellations,	
quibus ſcriptura eam extollit & commendat.	
Canti.2.	Columbā formosam & speciosā.
Canti.4.	Sponsam & amicam.
Pſal.110.	Conciliū iuſtorum.
Pſal.121.	Hierusalem.
Canti.5.	Immaculatam.
Ad Ephes.6.	Sine ruga ecclesiā.
Eſa.4.	Montem Sion.
Pſal.21.	Fraternitatē Christi.
Eſa.9.	Solium & regnum Dauidis:
Hiere.2.	Vineam electam.
i. Corinth.12.	Corpus Christi et cōciues sanctorum
Ad Ephes.2.	Domesticos Dei.
Pſal.133.	Domum Dei & atrium Dei.
Pſal.89.	Ecclesiā sanctorum.
Act.4.	Multitudinē credentium.
i. Petri.2.	Lapides uiuos, domū spiritualem,
	sacerdotium sanctum & genus
Pſal.110.	electum.
Luc.16.	Ciuitatem Dei.
	Filios lucis.

Porrò de causis Ecclesiæ credentium & sanctorum quid dicas?

E X A M I. Tu eas enarra obsecro.

S V P E R. Prima est cauſa promissio. Nam hac ecclesia eſſe coepit. Ge.3. Fides in Christum Iesum, quod sit filius Dei uiui, ſecunda eſt cauſa. Math.16. eſt uero fides potissima una cauſa, quia ſuper illam fundata eſt ecclesia. Christus tertia eſt cauſa, quia promissio & fides præcipue ecclesiæ cauſe in Christum tendunt; Item, cauſa ecclesiæ eſt Christus, quia huius

huius ecclesiæ caput est, à quo ecclesia accipit omne suum incrementum, & quicquid boni habet. Spiritus sanctus causa est, quia huius ecclesiæ sanctificator & gubernator est. Formales sunt causæ huius Ecclesiæ, atq[ue] adeo notoriaræ causæ, ex quibus sanctorum Ecclesia cognoscere debet: pura doctrina, huius effectus, qui eā in conscientijs sequuntur, quales sunt, pax, gaudium, tranquillitas &c. Ad purā doctrinam refero legitimū sacramentorum usum, absolutionem & excommunicationem. Sed hæc de causis ueræ ecclesiæ, quæ est credentium. Ut autem definitis nunc ecclesiā hypocitarum?

EXAMI. A Contrarijs ueræ ecclesiæ: nimurum quod sit congregatio eorum, qui cordibus sunt impijs atq[ue] incredulis, negantes Christum esse filium Dei uiui.

SUPER. Placet definitio in scripturis satis robورata, & uel ex. 23. cap. Matth[eu]si satis aperta, ubi Christus uiuacissimè de scripsit hypocritas. Verū quia hypocritæ plerunque in extensis occupati sunt, & hypocitarum ecclesia omnino oculis est exposita: quare Esaiæ descriptio, quam habet cap. 29. huc vocari proprie debet. Quid ergo est hypocritica ecclesia ex Esaiæ? Respondeo. Est congregatio, seu populus, qui apud propinquat Deo ore suo, & labij eum honorat: ceterum corde absente procul, frustra colens Deum, docens doctrinas & præcepta hominum.

Porrò ut nunc ueræ Ecclesiæ uarij sunt appellationes in scriptura: ita & hypocriticæ appellationes uarij sunt. Propheta vocat ecclesiam malignantium. Psal. 1. concilium impiorum. Psal. 5. uitios sanguinum. Psal. 13. patentia sepulchra. Matth. 15. plantatione quam non plantauit pater, Cap. 23. se pulchra dealbata. Cap. 3. Ioannes progenies uiperarum appellat hypocritas. Plures appellationes subinde occurunt in sacris literis.

EXAMI. Matth[eu]i 16. si bene memini, hypocriticā ecclesiam

DE SYNODIS.

appellat Christus nationem adulteram & prauam. Ast que
so exponas mihi uoces.

SUPER. Adulteram uocat, quę natura non est contenta
Simpliū uerbo, aut in internis uerbī effectibus, quos in con-
scientijs operando perficit, sed more adulterę appetens alie-
num uirum, appetit & humanas traditiones, alios quam
uerbi internos effectus, alia signa, quibus certificetur, quām
ea, quę uerbo sunt propria. Prauam uocat, quę natura non
uult intelligere uerbū simplex, nec uerbi effectus internos,
nisi externis signis & rebus expositis oculis confirmetur,
quancq; s̄epe in conscientia de simpliū uerbo & internis ue-
bi effectibus uicta sit. Ceterum causas hypocriticę ecclē-
siæ audire gestio.

EXAMEN. Eastu narra, obsecro,

SUPER. Christus Matthēi 13. cap. in parabola de seminari-
te bonū semen & de inimico superseminante Zizania, non
uult, ut serui colligant Zizania, ne simul cum illis eradicent
& triticum: ibi Christus difficultatem quandam ostendit
cognitionis inter uerè credentes & hypocritas: oritur au-
tem difficultas illa ex eo, quia hypocritę cum uerè credenti-
bus (quantum ad externam speciem attinet) omnia habent
comunia, de eadem promissione gloriantur, de eodē Euā-
gelio, de eadem Biblia, de iisdem sacramentis, eundē Chri-
stum ore confitentur eundem spiritum sanctum se habere la-
ctitant &c. Et propter hanc communitatem rerum, easdem
& causas habet hypocritica ecclesia cum ecclesia uera, nisi
quod cause uerę ecclesie in ueritate sint, quod reuera esse de-
bent: hypocriticę uero ecclesię cause in simulatione sint &
hypocrisi, non reuera, quales esse debent. Vt enim inter uer-
itatem & hypocrisim, inter speciem rerum, & res ipsas, in-
ter fucum & natuum colorem, & inter uanum nomen, &
nomen, quod usus coniunctus comes sequitur, interest: sic
certum

tertum discrimen ponendum est inter causas ueræ ecclesiæ, & causas ecclesiæ hypocriticæ. Eandem ergo retinent hypocritæ promissionem, cui tamen non credunt, & quæ cœpisse ecclesiam negant. Pro fide, aut habent hypocritæ nudam opinionem, aut simplicis historiæ de Christo notitiam. Christum ut solum saluatorem non agnoscant, ut caput suæ ecclesiæ repudiant, & aliunde quam à Christo incrementum & salutem querunt. De spiritu sanctonihil non magnisibi per suadent, quem tamē repudiato Christo habere nō possunt.

De formalibus hypocriticæ ecclesiæ causis idem sentiens dum esse puto. Nam & si hypocritæ habeant idem Euangeliū, & eandem Bibliam, tamen neq; Euangelio neq; biblia sunt contenti: uerum adfingunt humanas traditiones, quas conferunt cum Euangelio, adquæ, & sepiissime ultra extollunt. Item, et si habeant eadem sacramenta, tamen impurus est apud illos sacramentorum usus: sic etiam nec absolutione, nec excommunicatione ritè utuntur. At de effectibus ueræ ecclesiæ que habes; Item, de effectibus ecclesiæ hypocriticæ?

EXAMI. Effectus fortassis non me fugerent, modo scirem, unde essent colligendi.

SUPER. Commodissime colliguntur effectus ueræ ecclesiæ a causis supra dictis. Et hierunt sequentes:

Audire purum uerbum ueræ.

Suscipere uerbum corde.

Credere uerbo cum fiducia.

Intelligere corde auditum, creditum & susceptum uerbum, fugere impurum uerbum.

Cognoscere & recipere solum Christum pro saluatore.

Habere ueræ spiritum sanctum, ut gubernatorem, uitificatorem & regeneratorem nostrorum cordium ad uitiationem, efficaciam & placentiam opera coram Deo,

Sentire

DE SYNODIS.

Sentire in conscientijs internos uerbi effectus: quales sunt: pax, gaudium, tranquillitas &c.

Habere sacramenta integra, & uero usu ornata.

Vt ritè absolutione & excommunicatione.

Hi & similes effectus adhuc quām plurimi uerē ecclesiæ tribui possunt, quos hic omissos, in meis locis inuenire licet.

E X A M I. Quir subinde addis effectibus uerē ecclesiæ has particulas, uerē, ex corde, cum fiducia &c?

S V P E R. Ut sit discrimen inter effectus hypocriticę ecclesiæ & uerē.

E X A M I. Ergo in effectibus primum perspicue separatur uera ecclesia ab hypocritica?

S V P E R. Bene quidem. Nam effectus primum perspicue probant, & uerum perhibent testimonium, quę sunt uera ecclesiæ membra, & quę hypocriticę.

E X A M I. Qui porrò sunt hypocriticę ecclesiæ effectus?

S V P E R. Qui uerē ecclesiæ effectibus contrariantur, ut a dire uerbum sed non uerē. Suscipere uerbum, sed non corde, nec solum &c.

E X A M I. Non uerē, nō ex corde & similes particule, discer-

nunt ne illę inter effectus uerē ecclesiæ & hypocriticę?

S V P E R. Verē discernunt. Et Esaias cap. 29. illas particulas omnes his uoculis duabus ferē expressit, ore & labijs hic populus me honorat. Ex citato nunc Esaię loco, & ex 6. 15. & 23. cap. Matthęi, licebit numerosam effectuum hypocriticę ecclesiæ farraginem petere.

E X A M I. Restat quęstio, quę me urget, eam ut soluas mihi oro. An ecclesia sit oculis exposita?

S V P E R. Oportune quęris. Nam ipse in ore habebam, eam quęstionem tibi proponere. Respondeo autē oblate quęstioni in hunc modum. Ecclesia uerē credentium, oculis non est exposita; hęc enim creditur iuxta symbolum, ergo non uidetur.

uidetur. Eli' error est ecclesiam credentium adserere oculis expositam esse. Siquidem Elias 3. Regum ca. 29. ex extensis iudicantis ecclesiam, se solum ecclesie membrū superesse putabat. Ad quem Dominus ait. Et reliqui mihi in Israēl septem milia uirorum, quorum genua non sunt incuruata ante Baal &c. Et hodie multi dum inhant externis, statuunt non esse ecclesiam; uerum si continget responsum domini, sine dubio responderet. Habeo adhuc multa milia uirorum, qui tamen sunt uerē ecclesiæ membra, quamuis oculis non cernantur. Ecclesia autem hypocritica prorsus est oculis exposita: quare & uerē definiunt eam Papistæ, quōd sit societas externalium rerum ac rituum, sicut aliae policitæ. Et Marcus cap 7. incusat hypocriticam ecclesiam ut studiosam rerum externalium: ut puta lotionis manuum, poculorum, urceorum, eramentorum & lectorum. Item, Esa. ca. 29. definit ecclesiam hypocritarū, ut expositam oculis, ore, labijs & humanis ac externis traditionibus colentem Deum sine corde.

E X A M I. Quid tu uocas ecclesiam hypocritarum esse oculis expositam?

S V P E R. Hypocriticam ecclesiam esse oculis expositam, nihil uoco aliud, quam illius omnia opera, omnem cultū quo putat se Deum colere, externum esse: imo illam esse tantum speciem & laruam uerē ecclesiæ, externis rebus, ritibus & traditionibus, ore & labijs sine affectibus cordis puris praesumentem colere deum. Et quid sit ecclesiam hypocriticam esse oculis expositam clarissime docet Papistica ecclesia, omnis hypocriteos turgidissima mater.

E X A M I. Ceterum si ecclesia uerē credentium non est exposita oculis, quir ergo superiorius uerē ecclesiæ cognitionis signa posuitis?

S V P E R. Posui quidem uerē ecclesiæ aliquot cognitionis

DE SYNODIS.

Signa ex effectibus: sed quia hypocritica ecclesia , quantum ad externa attinet & speciem, omnia cum uera ecclesia communia habet, cognitio ex externis per se imbecillis est, & facilime fallere potest, & quia fallere potest, ideo uera ecclesia non est exposita oculis, que ex internis, que solus Deus uidet, probatur: quod autem a solo Deo uidetur , humanis oculis non cernitur. Quid porrò tu uocas beneficia conferre in ecclesiam?

EXAMI. Tu queso, dic.

SVPER. Ne uidear noua adducere: audi de hac re Hyeronymum 88. epistola. Alij edificant ecclesias, uestiant parietes, columnarum moles aduehant, earumque deaurent caputa, præcioso ornatu & gemmis deaurea distinguant altares. Sed tibi sit propositum, Christum uestire in in pauperibus, pascere in esurientibus, uisitare in languentibus, suscipere eos qui tecto invident, maximè domesticos fidei. Postremo puto te damnare omnes hæreses & nouas & veteres contra ecclesiam?

EXAMI. Damno in uniuersum omnes.

EXAMEN SVPER LOCVM De Lege.

SVPER. Delege que habes cognita ex scripturis?

EXAMI. De qualege interrogas: nam alia est lex naturalis, alia est diuina, alia est humana?

SVPER. Delege naturę satis est te hæc scire. Lex natura est iudicium conscientię, excusans iuxta naturā recte agentes & accusans agentes contra naturam.

Consistunt uero naturę leges omnes in his tribus tanq generalioribus.

In noscendo Deo, in colendo deo, & in nemine ledendo. Ad has tres leges, reliquę omnes referri possunt.

Catalogus leges naturę exponit & declarat. Siquidem omnia

63 SYNOBIS.

omnia decalogi præcepta, aut docent de notitia Dei, aut de cultu Dei, aut de charitatis erga proximum operibus.

Leges naturæ immutabiles sunt apud animum, quanquam foris sepe dissimulentur. Cesar. Inst. Iura naturalia immutabilia sunt.

Ceterū leges naturæ ex lapsu Adę mirabiliter corrupte & obfuscatae in nobis, non amplius ualent ueram Dei notitiam præstare, non possunt amplius in nobis efficere, ut ueritatem assentiamus Deo, illi obediamus &c.

De legibus humanis hæc te tenere oportet, quod sint expressiorie quedam leges, legum naturalium, de non ledendo proximo, & eò propriè spectant, in hoc à magistratu datę, ut publica honestas, & pax inter homines seruetur. Nam quatenus conueniunt leges humanæ cum legibus naturæ, honestæ sunt & iuste; quatenus uero naturę repugnant, iniusta sunt & uiolentia; impię autem quando contrariantur legibus diuinis.

Verum de lege diuina ex te quero, ut dicas mihi sententiam tuam. Intelligo autem per legem diuinam, leges decalogi, leges ceremoniarū, & leges iudiciorum. In has enim tres legū species, lex diuina diuiditur. Et scriptura loquens de diuina lege, illas dictas tres species intelligit. Et sic de lege diuina etiā Apostolus loquitur ad Ephes. 2. legem mandatorum in decretis sitam abrogans: ubi Apostolus sentit per Christum non unā aut alteram legis speciem, sed totā legem esse abrogatam: scilicet ne amplius accuset aut damnet nos.

EXAMI. Recte sub lege diuina, tres illas species comprehendis: nam Papistę mirum in modum, specierum legis distinctione, laborant gratuitam per fidem iustificationem, & locum de abrogatione legis, eludere. Vbicunque enim Apostolus de lege mentionē facit, dicunt eū, aut de ceremonialibus legibus loqui, aut de iudicialibus; interim nihilominus

DE SYNODIS.

tatalogo tristituere iustificationem. Sed lex diuina est, quae constat praceptis decalogi, ceremonialibus & iudicibus. SUPER. Placet diffinitio ex partibus seu speciebus. At longe firmiores & dilucidiores sunt diffinitiones legis ex officijs seu effectibus: Item, quae ex formalibus causis perantur. Ex formalibus causis & simul ex effectibus hec sequentia est.

Lex diuina est doctrina, requirens & animum consentientem, & ora ac manus puras; & damnans eos, qui animum consentientem, & ora ac manus puras non adferunt. Deut. 6. Extoto corde, ex tota anima, ex tota mente. Iosue 22. Et ad hæreditatis ac seruiatis illi, in omni corde, & in omni anima. Et Paulus ait. Lex spiritualis est. Et Christus Matthæi capitulo ad legis completionem, et puros adfectus requirit. Deut. 23. Maledictus omnis, qui non manserit in omnibus, quæ scripta sunt in libro legis, ut faciat ea.

Alias sic definitur. Lex est cognitio peccati. Ad Rom. 3.

Alias sic. Lex est, quæ auget peccatum. Ad Rom. 5. Lex obiter subiicit, ut abundaret delictum.

Alias sic. Lex est, quæ operatur iram. Ad Rom. 3.

Alias sic. Lex est doctrina, cohærens à malo. Prior ad Timoth. 1. Lex iniustis est posita.

Alias sic. Lex est speculum, in quo quisque sua peccata suamq[ue] imbecillitatem contemplari potest: iuxta illud ad Rom. 7. Nesciebam concupiscentiam esse peccatum, nisi lex dixisset: non concupisces. Gen. 3. Quis indicauit tibi, quod nudus es, nisi quod ex ligno, de quo precepere am tibi, ne comederes?

Alias sic. Lex est pedagogus seu occasio ad Christum. Ad Gal. 3.

Alias sic. Lex est doctrina, docens iustificatos per fidem in Christum de bonis operibus, quæ nam opera placeant deo, & in quibus obedientiam nostram erga Deum exerceamus.

Improbatur ex dictis diffinitionibus, scolasticorum diffinitionis,

nitio, qua disfiniunt legem esse obedientiam erga Deum, si tam in nostris uiribus, & iustificantem homines etiam sine spiritu sancto, id est per opera legis exteriora. Cæterū quis bus nominibus lex in scriptura appellatur?

E X A M I. Lex alias per metonymiam figuram, ipse Moses uocatur: alias uetus testamentum: alias administratio mortis, alias litera occidens. **2. Corinth. 3.** alias uirtus peccati, ut ad R. 6. Esa. 9. iugum oneris, uirga humeri & screpturn exactoris appellatur lex.

S V P E R. Quæ sunt legis diuinæ causæ?

E X A M I. Deus institutor & Moses promulgator.

S V P E R. Occasionem sanciendæ legis diuinæ fuit malitia Israëlis, qui lege ceu pædagogo cohærendus erat usq; ad Christum. Præbuit & occasionem legi diuinæ, promissio de Christo primis parentibus facta. Deus enim promiserat Christum humani generis saluatorem: quare opus erat certe populo, in quo claro Dei testimonio missiones de Christo reuelarentur, donec ueniret Christus. Et hæc occasio causa est, quur Deus populum Israëliticum ut peculiarem ac singularem populum sibi elegerit. Departibus seu speciebus legis diuinæ, quia nunc certi sumus ex supradictis: ideo nunc porrò ex te quero: quur lex diuina populo Iudaico data fuerit: num ut per illam iustificaretur coram Deo?

E X A M I. Nullo pacto. Ad R. 3. Arbitramur igitur fide iustificari hominem abscq; operibus legis. Ad R. 8. Etenim quod lex præstare non poterat, ea parte qua imbecillis per carnem:

S V P E R. Questionem de fine datæ legis diuinæ nemo bene soluet, nisi quis ad effectus datæ legis respexerit. Qui ergo sunt effectus seu officia legis datæ?

E X A M I. Ad R. 3. Ostendere peccata. Per legem enim agnitione peccati. Ad R. 7. Sed peccatum non cognoui nisi

DE SYNODIS.

per legem. Nam & concupiscentiam non nouissim nūiles dixisset: non concupisces. Ad Ro. 5. Augere peccatum. Ceterū lex obiter subiit, ut abundaret delictum. Ad Ro. 5. Operari iram. Lex iram operatur. Esse pēdagogum usq ad Christum, et cohēcere homines disciplina quadam usq ad Christum. Lex pēdagogus usq ad Christum. Lex iniurias est posita. Ad Gal. 3. Et 1. ad Timoth. 1.

SUPER. Inter hos effectus seu officia seu fines legis diuinæ, nondum uideo iustificationem coram Deo.

EXAMI. Ergo lex diuina, non est data propter iustificationem coram Deo. Quid autem sibi uult Apostolus prædictis legis diuining effectibus, rogo exponas.

SUPER. Hoc unum sibi uult, ut ostendat iustificationem aliunde contingere, quam per opera legis. Sed tu cupis prædictos effectus legis clarius exponi?

EXAMI. Cupio, & ut illos exponas te obsecro;

SUPER. Ostendit Lex peccata, id est, monstrat quid sit peccatum. Et huc propriè spectat locus ad Ro. 7. Sed peccatum non cognoui nisi per legem. Nam & concupiscentiam non nouissim, nisi lex dixisset: non concupisces. Sic nec ego sciri rem furtum esse peccatum, nisi lex diceret. Non furtum facties. Deinde monet de tempore, quo sciam, quando peccauerim. Et huc pertinet locus proprie Ge. 3. Quis indicauit tibi quod nudus essem &c. Auget lex peccatum hoc modo. Lex ait. Non occides. Ego homo carnalis ex iudicio carnis statuo me legi illi satisfecisse quando manu non occidi. Accidit Christus legis interpres & inquit. At ego dico uobis, quod quisquis irascitur fratri suo (temere) obnoxius erit iudicio &c. Vbi Christus & puros affectus requirit ad completionem legis de cede. Et Apostolus clamat. Lex spiritualis est, id est, requirit & animum consentientem, & affectus per spiritum sanctum regeneratorem puros. Postea hoc opus,

hoc opus, hic labor est, quando uiderimus nos non posse consentientem animum, & puros per spiritum affectus ad externam legis de cede completionem, ad ferre; hinc conscientia intranquila, furore ac ira plena: hinc indignatio, qua conscientia indignatur & Deo autorilegis de cede, & legi ipsi: unde uerissime dictum est à Paulo. Lex obiter subiit, ut abundaret delictum. Item, Lex iram operatur. Legem coherere homines usq; ad Christum, & legem esse pedagogum usq; ad Christum, hie effusus legis nihil aliud sibi uolunt, nisi legem occasionem tantum esse, ut per Christum iustificeris, & ad ueram iustitiam coram Deo ualentem pertinas.

E X A M I. Est ne igitur satis ad ueram iustitiam, peccatum per legem agnouisse: per legem ad augmentū peccatorum peruenisse &c.

S V P E R. Non. Nam & Iudas ad agnitionem peccatorum suorum peruenit: nec tamen saluus factus est: Item, Saul cognovit suum peccatum, nec tamen iustitiam accepit.

E X A M I. Quid ergo Iudam & Saulem impediuit?

S V P E R. Quia non fide apprehenderunt Christum peccatorum donatorem. Exlege itaq; cognoscere peccata debemus: peccatis uero cognitis, ex his fide in Christum, qui remittit peccata, nos rursum eripere debemus. Hinc dicitur lex pedagogus ad Christum, hoc est, occasio. De forma complendi legem, quę tenes?

E X A M I. Qui seruat legem & facit, ille eam complet.

S V P E R. Benè. In uocibus seruare & facere totum negotium de complenda lege situm est. Pertinent autem ad illas uoces, hi modis euhe formę. Ex toto corde, ex tota mente, ex tota anima: proximum sicut te ipsum: ore, labijs & manu. De his modis seu formis circa legis completionem, simul & scilicet coniunctim adhibitis, nemo hominū gloriari potest: imò dicti

DE SYNODIS.

imò dicti modi & formæ in nullius hominis sunt viribus,
ut illos & illas pro complenda lege consunget.

EXAMI. Ergo modis seu formis complendi legē demptis
& maximè prioribus, impossibile est hominem posse satisfa-
cere legi pro iustitia coram Deo ualente.

SUPER. Recitè dicis. Si enim modi illi & forme illę in hu-
manis viribus fuissent, aut etiam in viribus angelorum: non
opus fuisset, Christum è cœlo descendere: qui cum desen-
dit, sequitur Christum solum à Deo patre ordinatum fuisse,
ut legi pro perfecta iustitia responderet. Et in eum finem
testatis sunt & Prophetæ Christum uenturum. Et in eum si-
nem se uenisse, ipse de se testatur. Matthæi 5. Non ueni solu-
re legem, sed adimplere. Apostolus dixit ad Ro. 8. Etenim
quod lex præstare non poterat, ea parte, qua imbecillis erat
per carnem, hoc est, per totā humanam naturam, hoc Deus
proprio filio, misso sub specie carnis peccato abnoxię, præ-
stítis, ac de peccato condemnauit peccatum per carnē, ut ius-
tificatio legis impleretur in nobis &c. Christus igitur de-
buit satisfacere pro uera iustitia, & nos infirmos in carne ei-
donare, cuius & omnes credentes Christo participes fuimus,
non aliter atq; si ipsi legi satisfacerent.

EXAMI. Sanè credo scholasticos doctores nostram imbe-
cillitatem in complenda lege agnouisse, dum præcepta in
consilia mutarent.

EXAMI. Agnouerunt quidem: nam nostrę imbecillitatis
agnitio, illis occasionem præbuit, præcepta in consilia mu-
tandi. Sed temeraria ac impia præsumptio fuit, eternam Deli-
uoluntatem in consilia mutare, & eam immutabilem.

EXAMI. Fortassis illa præceptorum in consilia mutatione,
uoluerunt conscientias à desperatione vindicare?

SUPER. Evidem & id ego credo, ex illa causa præcepta
in consilia abiisse. Ansam mutationis præbuerunt & ha-
sententie.

sententie. Deus non præcipit impossibilia. Deus non iudicat de affectibus. Ast contrarium uerum est apud synceros theologos. Siquidem Deus præcepit impossibilia carni. Ad Ro.8. Etenim quod lex præstare non poterat, ea parte, qua imbecillis erat per carnem, scilicet per totam humanam naturam. Deum iudicare de affectibus satis apertū est ex 5. cap. Matthæi. Ego autem dico uobis, quicunq; irascitur fratri suo temere, obnoxius erit iudicio. Ib idem. Quicunq; aspergerit uxorem alterius ad concupiscendam eam &c. Ad Ro.2. Scimus autem quod iudicium Dei secundum ueritatem est: id est, Deus non tantum secundum externa iudicat, sed etiam secundum corda.

EXAMI. Quid igitur decuisseſſet scholasticos doctores in hoc negotio?

SUPER. Oculos, ipsi infirmi & insufficientes ad complendam legem pro uera iustitia, ad Christum legis ad uerā iustitiam completorem, uertere debuissent.

EXAMI. Quid sibi uult hic locus. Qui fecerit homo ea, uisuet in ipsis. Nonne uides uitam tribui completioni legis?

SUPER. Reuera uita sequeretur completionem legis, si facere aut complere esset in nostris uiribus: at dempta causa, non potest sequi effectus.

EXAMI. Nihil ergo possumus in complenda lege?

SUPER. Ore, labijs & manu, hoc est, externę legem aliquo modo seruare possumus, si non impediamur à diabolo. Verum huius externę completionis, iustitia corā Deo effectus esse non potest. Nam completere legem ad perfectā iustitiam, est simul consentientem animum ac puros affectus, ad existens ad legem adulit: ergo & ueram iustitiam nobis parauit.

EXAMI. Quia Christus pro nobis satis fecit ad perfectam iustitiam: quare nos nulla obedientia amplius ligamur erga legem:

Q

DE SYNODIS.

SUPER. Ad hanc obiectionem paulo post respondebimus de abrogatione legis. Quę quid sit, enarrā.

SUPER. Abrogatio legis est plenaria destructio Iudaici, & legis, cui deuinctus erat ille populus.

SUPER. Aliqua est hæc definitio, sed obscura. Apertiores sunt hæc sequentes. Abrogatio legis est liberatio, qua liberauit nos Christus à maledictione legis. Ad Gal. 3. Christus redemit nos à maledictione legis, dum pro nobis factus est maledictio.

Alias sic definitur. Abrogatio legis est translatio sub gratiam. Ad Ro. 6. Non enim estis sub lege, sed sub gratia. Ad Gal. 3. At postquam uenit fides, non amplius estis sub pedagogo.

Alias sic. Abrogatio legis est ablatio tyrannidis, & maledictionis, quam lex habet in eos, qui fide non apprehenderunt Christum liberatorem.

EXAMI. Quę fuerunt cause abrogati legis?

SUPER. Infirmitas & imbecillitas nostra. Hiere. 31. ait Iesu gemi ideo abrogatam, quia uetus pactum non seruamus, & irritum fecimus: quare nouū datum. Act. 15. Quod nec nos, nec patres nostri seruare potuimus. Ad Hebreos 7. Abrogatur enim quod præcessit præceptum propter imbecillitatem & inutilitatem &c. Ad Ro. 8. Etenim quod lex portaret non poterat, ea parte qua imbecillis erat per carnem &c. Christus est persona abrogans 2. ad Corinth. cap. 3, nec collitur uelum, nisi per Christum. Porro ubi spiritus dominii libet libertas. Ceterum est ne litera legis, maximè autem de calogi abrogata: aut obedientia erga legem: aut quid aliud abrogatum est?

EXAMI. Litera una cum usu seu obedientia.

SUPER. Absit. Nam decalogum ad literam usq[ue] adhuc admisimus, & ad obedientiam decalogi adhuc obligamur.

Exam.

DE SYNODIS.

EXAMI. Quid ergo uenit abrogatione legis intelligendis
SUPER. Non abrogatio literę legis, sed abrogatio maledi-
ctionis, dominij, & tyrannidis, & damnationis. Si ergo Lex
te in Christum credentem amplius accusare & damnare uo-
luerit, dicendo. Maledictus qui non manserit in omnibus,
que scripta sunt in libro legis: tu respondebis; non ero male-
dictus, etiam si non omnia fecero, que sunt scripta in libro
legis: quia Christus pro me factus est maledictio: unde me
& tua maledictione, tyrannide, accusatione, damnatione, &
& imperio liberauit. Ad Gal. 3. Porro tota ne Lex, an pars
abrogata est?

EXAMI. Ceremoniales & Iudiciales prorsus uel etiam ad
literam sunt abrogate; de decalogi legibus, quia eas adhuc
seruamus, quid respondeam, non habeo.
SUPER. Tota Lex quantum ad maledictionem & accusa-
tionem pertinet abrogata est: sic Ceremoniales leges, sic Iu-
diciales, sic Decalogi leges sunt abrogate. Ad Ephes. 2. le-
gem mandatorum in decretis si tam abrogans: hic Aposto-
lus de totius legis abrogatione loquitur. Et sic de abroga-
tione legis, locus ad Gal. 3. & similes intelligendi sunt. Chri-
stus redemit nos ab execratione legis: scilicet totius. 2. ad
Corinth. 3. Vbi spiritus domini, ibi libertas: scilicet à tota
lege.

EXAMI. Quare fit retinemus adhuc Decalogi precepta
SUPER. Quia Decalogi precepta consentiunt cum legi-
bus naturae. Precepta prioris tabule consentiunt cum his
naturae legibus. Noscere Deum, & colere Deum. Postero-
ris tabule precepta cum hac naturę lege. Neminem ledere.
Quare Decalogi precepta, merito dicuntur expositio-
nes legum naturalium. Et sic de Ceremonialibus & Iudicia-
bus similiter iudicandum est, inter quas si quedam sunt le-
ges cum natura consentientes, ille omnibus modis etiam

D E S Y N O D I S.

ad litteram seruari debent, non propter Mosen: sed propter illorum præceptorum, & legum naturalium mutuum consensum. Judiciales leges apud Mosen sunt. Turpitudinem uxoris patris tui, non discooperies. Turpitudinem uxoris fratri tui nō reuelabis, & similes. Has leges aliás & natura præcepit: igitur à nobis seruande sunt.

E X A M I. Qui sit, ut ad præcepta Decalogi ligemur, cum etiam ea perfectè seruare, non sit in uiribus nostris?

S V P E R. Quia Christus plenariè satisfaciens legi, perfectam iustitiam nobis meruit: quare decet nos nunc uicissim gratos esse. Sed quia Decalogi præcepta, ea omnia opera in se continent, quæ Deus à nobis fieri uult, loco gratiarum actionis, illa præstamus. Ast de uiribus præstandi illa queris. Ego respondeo in hunc modum. Christus fide apprehensus ad perfectam iustitiam, donat nobis sp̄iritum sanctum, hic regenerat corda nostra, & facit ea apta, ut ualeamus aliquo modo legis facere: non quidem ad iustitiam, quam prius in Christo per fidem habemus: sed ad ostendendam gratitudinem nostram, pro accepta per fidem in Christo iusticiam.

E X A M I. Quidam ante fidem in Christum, negant nos legem seruare posse ad iustitiam coram Deo: post fidem uero in Christum, posse.

S V P E R. Mentiuntur illi. Siquidem nostra impletio legis, etiam post fidem in Christum, & acceptam per Christum iustitiam, semper manet imperfecta, & quasi inchoata: igitur pro uera iustitia diuine irę opponi non potest. Et Autor epistole ad Hebreos Christi iustitiam pro nobis eternam facit. Ingressus est semel in sancta, eterna redemptione reperita. Omnes hereses aduersus locū de lege te damnare credo.

E X A M I. Damno & execratas omnes habeo.

E X A M E N S V P E R L O C V M
De Euangelio.

S V P E R. Quid tu uocas Euangeliū?

Exa*

E X A M I. Letum nuncium. Apud poetas Euangeliū significat sacrificium, quod fiebat, cum res bong ac fœliciter geste nunciabantur. Ein freudenferwr.
S V P E R. Non satis est simplicem Etymologiam uocabuli tenere, nec satis est etymologica definitione contentum esse: quare rei definitionem exte scire cupio.

E X A M I. Euangeliū est letum nuncium de remissione peccatorum.

S V P E R. Hæc adiçito definitionis: in Christo Iesu, quam impetrat sola fides, non quidem ex opere operato, sed per imputationem. Christus, fides & imputatio remissionis peccatorum cause sunt.

Alias sic definiri potest Euangeliū.

Euangeliū est prædicatio penitentia & remissionis peccatorum. Et hæc definitio ex partibus est, Luc⁹ ultimo extans.

Alias sic. Euangeliū est promissio, quam promisit Deus prophetis in scripturis sanctis, de filio suo. Ad Ro. 1. Similes definitiones Euangeliū passim leguntur in scriptura. Omnia pulcherrime sunt, quas habet Apostolus. Ad Colos. 1. Ad Ephes. 1. & 3. cap. Sed Euangeliū quare appellatur letum nuncium?

E X A M I. Respectu legis, quæ erat tristē nuncium, quod cum nunciaretur, non audebant homines ad illud accedere, propter incensum ignem ac turbinem, & caliginem & procellam, tubęq; sonitum & uocem uerborum. Exod. 19. **S V P E R.** An fuerit Euangeliū doctrina naturæ & mundo cognita?

E X A M I. Non. Ad Ephes. 3. Euangeliū mysterium Christi, in alijs etatibus non innotuit filiis hominū, quemadmodum nunc reuelatum est. Natura de Christo & spiritu sancto, ut præcipuis personis ad Euangeliū pertinentibus,

BS SYNODIS.

nihil unq̄ intellexit, & nedum quicq̄ intelligit.
S V P E R . At legitur ad Ephes. 3. Euangelium patribus san-
ctis notum fuisse?

E X A M I . Addit Apostolus per spiritum: scilicet sanctum,
qui Euangelium illis reuelauit. Adē prima est facta reuelau-
tio, & sic sensim ac sensim & alijs patribus.

S V P E R . An patres ueteris testamenti aliud Euangelium
habuerint, quam nos hodie habemus?

E X A M I . Minime aliud. Sic enim ait Apostolus ad Col-
os. 1. 26. Omnes eandem escam spiritualem comedebant, &
omnes eundem potum spiritualem bibebant. Bibebant
enim de spirituali, que comitabatur Petra. Petra uero fuit
Christus. Euangeliū autem prædicatio est de Petra Christo.
S V P E R . Quando debuit hoc Euangelium de Christo re-
uelari?

E X A M I . Concepserat Deus reuelationis tempus, quod
Paulus plenitudine temporum uocat ad Ephes. 1. qua præ-
fente scribit Euangelium quoq̄ reuelatum. Certus annus
& dies reuelationis præscriptus non fuit: quanq̄ Propheti
subinde à longe tempus reuelandi Euangeliū monstraue-
rint. Moses Genes. 44. Non auferetur sceptrum Iude, do-
nec ueniat, qui mittendus est. Debuit igitur reuelari Euan-
gelium, rebus Iudeorum nunc desperatis.

S V P E R . Causē reuelati Euangeliū, que fuerunt?
E X A M I . Misericordia & gratia Dei. Primi enim paren-
tes lapsū perditī, cum se tanto lapsū eripere non possunt: ac-
cessit Deus ex mera misericordia & gratia sua, & promis-
sū illis, ac sic toti humano generi letum illud nuncium de remis-
sione peccatorum per Christum. Vel causa reuelandi Euan-
geliū promissio fuit. Ad Ro. 1. Segregatus in Euangeliū
Dei, quod ante promiserat &c. Christus est persona reue-
lans & predicans Euangelium, & simul prestans Euangeliū
promissa

Promissa. Spiritus sanctus ad Euangelium illuminat.
Occasionem præbuit & promissi & reuelati nunc Euangeli, humana natura oppressa peccato & morte, propter lapsum Ade.

SVPER. Quas statuis esse partes Euangeli?

EXAMI. Vnum est Euangelium.

SVPER. Rectè equidem. Euangelium quidem unum est, sed duæ tamen sunt eius partes. Diuidit enim Christus ipse Euangelium in pœnitentiam, seu prædicationem pœnitentie, & in remissionem peccatorum, seu prædicationem de peccatorum remissione. Lucæ nltimo. Et sic oportebat Christum pati, & resurgere à mortuis tertio die: & prædicari sub nomine eius pœnitentiam ac remissionem peccatorum in omnes gentes. Sed porrò quero, an etiam possit remissio peccatorum cum fructu ecclesie prædicari sine pœnitentia? EXAMI. Nullo modo. Nam ex solius remissionis peccatorum prædicatione sine pœnitentia, magna inde securitas sequitur: qui solet: immo sine pœnitentia nunquam uerè suscipiter nec intelligitur remissionis peccatorum uis. Quare & Deus ordinavit, ut Ioannes Christum prædicatione pœnitentię præcurreret. Et Christus ipse suam prædicationem à pœnitentia exorsus est. Matth. 4. Resipiscite: instat enim regnum celorum.

SVPER. Quid tu intelligis per pœnitentiam?

EXAMI. Dolorem seu contritionē pro peccatis præteritis.

SVPER. Et Iudas dolorem pro suis peccatis habuit, nec tam fuit seruatus: & Saul habuit, nec tamen inde saluatus. Vera ira & salutaris pœnitentia est, quæ ex contritione cordali, & fide in Christum constat. Contritio præcedit & dolet pro peccatis, fide in Christum sequitur, & remissionē peccatorum impetrat. Ceterum de effectibus Euangeli quæ tenet;

Exam.

DE SY N O D I S.

EXAMI. Si Euangeliū est prædicatio pœnitentia & remissionis peccatorum, sequitur Euangelij propriū effectum, prædicare pœnitentiam & remissionem peccatorum simul.

SUPER. Proprius quidem effectus est Euangelij nunc dicitur: quia Euangelij due sunt partes. At prædicatio pœnitentia non est ita de proprietate Euangelij, qua tamē carere non potest, modo usus seu fructus aliquis Euangelij esse debet. Propriissimi autem Euangelij effectus sunt.

Annuciare } Remissionem peccatorum.
Justificationem.
Reconciliationem.
Donationem spiritus sancti.
Donationem uitę eternę.

Ast Euangelij effectus uniuersales ne sint, an particulares?

EXAMI. Vniuersales sunt.

SUPER. Recte respondisti. Nam Euangeliū est uniuersalis promissio seu prædicatio. Matth. ii. Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis.

EXAMI. At non omnes consequuntur Euangelij effectus?

SUPER. Ratio est, quia non omnes credunt. Fides enim sola est, qua impetramus Euangelij effectus. Hæreses contra Euangeliū, ueteres & nouas, uti credo, damna?

EXAMI. Damno ex equo omnes.

E X A M E N S V P E R L O C V M
De Fide.

SUPER. Nomine fidei Etymologicus quid intelligis?

EXAMI. Veteres ac noui quidam theologi, nec numero pauci, per fidem intelligunt notitiam de Christo, quomodo incarnatus sit, natus, passus & mortuus.

SUPER. Fides pro simplicis historię de Christo notitia accepta, non potest iustificare. Siquidem & demones eam notitiam

notitiam habent. Sic clamat Satan Marci 5. Quid mihi est tecum Iesu fili Dei altissimi? Iacobus ait cap. 2. Et demones credunt: scilicet de Christo notitiam habent.

E X A M I. Homo ergo fidelis, non habet opus notitia historie de Christo?

S V P E R. Habet opus. Sed ut homo iustificetur corā Deo, longe alia fide, quām simplicis historię de Christo notitia opus habet.

E X A M I. Quę ergo est illa fides?

S V P E R. Fiducia est misericordię promissę in Christo.

E X A M I. Ergo fides hic significat fiduciam misericordię promissę in Christo. Sed fides pro fiducia in promissiones de Christo, in quo prædicamento est: Hac namq; questione, quidam nuper me misserē exagitauit.

S V P E R. In prædicamento relationis, quia apprehendit fiduciam suum correlatum misericordiam Dei seu promissionem. Fides uero pro simplicis historię de Christo notitia, in prædicamento qualitatis est: unde & iustificare non potest. Quare & rectissimē sentiunt, qui correlatum fidelis iustificantis faciunt misericordiam Dei seu promissionem. Sic Adam Ge. 3, audiens promissionem de semine Christo, credidit illi & seruatus fuit. Cæterum ut definis fidem ea rei quadam definitio:

E X A M I. Sic definit eam Autor epistole ad Hebreos ca. II. Fides est sperandarum rerum argumentum, iudicium non apparentium, ἐλεγχός, significat hic certissimam notitiā sive dubitatione, ὑπόστασις, significat hic certum iudicium eorum rerum, quas sine ulla dubitatione credimus & expectamus.

S V P E R. Quidam apertius sane sic transferūt gręca. Fides est expectatio sperandarum rerum & certum argumentum rerum non apparentium. Aliás sic definitur Fides.

DE SYNODIS.

Fides est certa fiducia, quę oritur ex uerbi promissi auditu. Ad Ro. 10. Fides ex auditu est: auditus uero per uerbum Dei. Alias sic.

Fides est certa fiducia in promissiones Dei de Christo, sola iustificans per imputationem omnes, qui eam certam habent.

EXAMI. Quur uocas fidem certam fiduciam? quur apponis particulam sola? quur addis per imputationem?

SUPER. Vox certa excludit dubitationem, cū qua nugantur Monachi fidem existere posse: fidem non posse cum dubitatione existere, satis ostendit Apostolus ad Ro. 4. in exemplo Abrahe, qui preter spem sub spe credidit: qui non inserviatus fide &c, qui non hesitauit ob incredulitatem, sed robustus factus fide, tribuens gloriam deo, certa persuasione concepta, quod is, qui promiserat, idem potens esset & praestare.

Sola particula excludit merita operum. Ad Ro. 3. Arbitramur autē hominēm iustificari fide absq; operibus legis. Ad Ro. 4. Etenim si ij qui ad legē pertinent, hæredes sunt, inanis facta est fides, & irrita facta est promissio. Ad Gal. 3. Si per legem est iustitia: igitur frustra mortuus est Christus. EXAMI. Sola particula non est vox scripture. SUPER. Esto. Atramen absq; operibus legis: inanis facta est fides, & irrita promissio, & frustra uoces idem significant, quod sola particula.

Per imputationem addidi, ut excluderē uoces, mercedem, debitum & meritum. Ad Ro. 4. Credidit Abraham Deo, & imputatum est ei ad iustitiam. Ei uero qui operatur, merces non imputatur secundum gratiam, sed secundū debitum. Porro ei qui non operatur, sed credit in eum, qui iustificat impium, imputatur fides ad suam iustitiam. Quemadmodum & David explicat beatificationem hominis, cui Deus imputat

imputat peccatum sine operibus.

Item ut excluderem opinionem eorum, qui dicunt fidem ex opere operato iustificare, non per imputationem, aut quia apprehendit promissionem. Sed unde originem dicitur fides, & quae illius sunt causae?

E X A M I. Spiritus sanctus fidei causa est, quia donum eius est fides.

S V P E R. Causae fidei sunt. Spiritus sanctus & uerbum. Spiritus sanctus, quia fides eius donum est: deinde quia iuxta suum officium Ioan. 16. arguit nos propter peccatum incredulitatis, ut nos ad fidem in Christum prouocet. Verbum causa est, quia Spiritus sanctus per uerbum donat fidem. Ad Ro. 10. Fides ex auditu est: auditus uero per uerbum Dei. Et poenitentia fidei quedam remota est causa seu potius occasio. Contritione enim dolemus de peccatis: ex contritione autem nos rursum fide erigimus ad accipiendam peccatorum remissionem.

E X A M I. De quo tu loqueris uerbo, de interno uel externo?

S V P E R. Sapis tu etiam impiam illam & fanaticam uerbi divisionem, omnium malorum, & omnis hereos causam, nostris hisce temporibus. An ignoras Apostolum ad Ro. 10.

Vbi uerbi fidei causam ponit, de uocali uerbo loquitur, quod auribus auditur, & ore praedicatur? An nescis Apostolum ibi longa gradatione docere, nos per ministerium uerbi iustificari & saluos fieri? Sed de partibus fidei quae habes?

E X A M I. Scholastici doctores partiti sunt olim fidem, in fidem formatam, infusam & acquisitam. Formatam dixerunt fidem illam generalem, quam etiam impij habere possunt, charitate carentes. Infusam specialem fidem uocarunt a spiritus sancto infusam, quam etiam negarunt iustificare nisi formatam charitate. At quisitam appellant fidem historicam.

DE SYNODIS.

SUPER. Ast fides de qua nos hic loquimur, non dividitur in partes. Est enim unus quidam animi motus, intuens in promissiones de Christo, & adsentiens eis. Porro quia non omnium est fides, teste Apostolo, credis tu hodie omnes habere fidem, qui de fide gloriantur?

EXAMI. Ego timeo, ne multi hodie loco uere fidei, opinionem tantum habeant.

SUPER. Quid uocas opinionem?

EXAMI. Fidei uanam persuasionem, quam sibi quisque suis cogitationibus & uiribus imaginatur: itē fidem inanem & sine sequentibus bonis operibus infructuosam.

SUPER. Pro fide opinionem habuerunt & Marię, uenientes ad sepulchrum, uincturę Christum, quem debeat credere à mortuis resurrexisse. De inani fide agit Iacobus cap. 2. De effectibus fidei que tenes?

EXAMI. Fidei effectus est proprius iustificare. Ad Ro. 4. Arbitramur autem hominem iustificari i fide absq; operibus legis. Ge. 15. Credidit Abraham Deo, & imputatum est ei ad iustitiam. Farraginem exemplorum, que testantur de iustificatis per fidem, lege, u. ca. ad Hebreos. Ex rebus cognitis adhuc multi sunt fidei effectus, ut.

Pacificare conscientias. Ad Ro. 5. Iustificati igitur fidei pacem habemus &c. Habere comitem uitam eternam. Ioan. 3. Qui credit in me iam habet uitam eternam. Seruare à pudore. Ad Ro. 10. Omnis qui fidit illi, non pudebit. Esa. 29. 1. Petri 2. Et qui crediderit in illo, non pudebit.

Efficere ut omnia nostra opera, & ipsi placeamus Deo. Iuxta illud ad Ro. 14. Quicquid sine fide fit, peccatum est. Ad Hebreos 11. Impossibile est sine fide placere Deo.

Generate in nobis uera bona opera, quibus testemur de fide nostra.

Efficere in nobis spem & charitatem in Deum. Psal. 9. Sperent

Sperent in te omnes, qui nouerunt nomen tuum. Notitia aurem Dei non contingit mihi per fidem. Charitas in Deum sequitur, quando fide cognouimus Deum nos diligere.

Plures effectus fidei suppeditant tui loci communes.

SVPER. Hi prædicti fidei effectus, sequuntur ex fide ut ope-

re operato, aut per imputationem?

EXAMI. Ut supra per imputationem,

SVPER. Multe semper fuerunt circa hunc locum de fide
hæreses, eas te improbare omnes credo.

EXAMI. Improbo & detestor.

EXAMEN SVPER LOCVM

De Iustificatione.

SVPER. Vocabulo iustificationis qd uenit intelligendum?

EXAMI. Tu queso, dic.

SVPER. Iustificatio hic simpliciter accipitur, idq; Hebraico more, pro acceptance, reconciliatione & remissione peccato-

rum gratuita.

EXAMI. Quid sibi uult vox gratuita?

SVPER. Iustificare est hic forense verbum, pro gratuito absolui, & iustus reputari, non aliter atq; si quis accusatus coram tribunal, misericordia & gratia iudicis absoluitur, & iustus pronunciatur.

EXAMI. Ergo iustificatio nihil est aliud, quam gratuia uel imputativa in gratiam acceptatio, cum Deo reconcilia-

tio, & remissio peccatorum?

SVPER. Nihil est aliud. Sed uellem, addidisses fidem, que

apprehendit gratiam, misericordiam & imputationem Dei.

Definitio certa est ex 4.ca.ad Ro. Credidit Abraham deo, & imputatum est ei ad iustitiam: uide & reliqua, que ibi se-

quuntur. Sed de causis iustificationis que putas?

EXAMI. Cause iustificationis sunt ex 4.cap.ad Ro. impu-

tatio & fides. Imputationem intelliges, ex gratia & miseri-

DE SYNODIS.

cordia Dei, ut excludantur, merces, meritum & debitum,
quibus opponit Apostolus imputationem ex gratia & misericordia Dei.

Fidem sentio causam esse iustificationis, non quia qualitas
in nobis est, aut quia ex opere operato iustificat: sed quia misericordiam Dei, gratiam & imputationem apprehendit.
S V P E R . Porro qui sunt ad iustificationem gradus?
E X A M I . Verbum praedicatum arguit infidelitatem, impietatem & iniusticiam mentis. Mens his uicijs cognitis perterrefit, & nulla inuenta in se medela aspirat ad Euangelium, in quo offertur iustificatio seu peccatorum remissio; huic Euangelio credit mens, & sic accipit oblata in iustificationem seu peccatorum remissionem, certo statuens se iam habere propicium Deum.

E X A M I . Quidam fidem causam iustificationis faciunt, & dicunt eam iustificare per synecochen, ita ut sit tantum principium seu causa, adferens alias uirtutes, propter quas iustificemur.

S V P E R . Error hic flagris dignus est. Fides enim non iustificat, quia est uirtus in nobis, aut quia alias uirtutes adferunt, sed quia apprehendit obiectam misericordiam. De partibus uero iustificationis quid habes?

E X A M I . Iustificatio de qua hic loquimur non scinditur in partes. Loquimur enim hic de iustificatione, cuius causa est fides, quoque impartibilis, ualens coram Deo, & in remissione peccatorum coram Deo consistens.

S V P E R . Recte respondisti. Nam iustitia legalis alio respicit, sicut & iustitia rationis seu politica, quam ratio honestorum operum executione efficit, & a qua homines iusti appellantur coram hominibus. Heretica prorsus est iustificationis partitio, in iustificationem ex lege naturae, qua partes iustificatos sentiunt; in iustificationem legis Mosaicæ, quæ Iudeos

DE SYNODIS.

76

Iudeos iustificatos adserunt: & in iustificationem ex Euangelicis legibus, & alijs ritibus & statutis pontificum, quan-

nos hodie iustificari contendunt. De effectibus & rebus

cognatis iustificationis que tenes?

EXAMI. Tu quoq[ue] effectus illos & res cognatas enarra.

Iustificationis propriissimus effectus est remissio peccatorum. In hoc enim iustificamur, ut accipiamus remissionem a peccatis.

Ex rebus cognatis effectus hi esse possunt.

Habere pacem conscientie. Ad Ro. 5. Iustificati igitur si-
de, pacem habemus erga Deum per dominum nostrum

Iesum Christum,

Statuere nos certo placere Deo,

Scire nos esse filios Dei.

Scire nos habere uitam eternam, & ad eam nos iustifica-
tos esse. Ioan. 3. Qui credit in me, iam habet eternam. Fidei
autem effectus est iustificatio.

Sperare certo nos deo cure esse, atque regi ac seruari a deo.

Plures effectus uide in nostris locis communibus.

Ceterum in quem finem iustificamur, num ut inde secu-
re, ociose & negligenter uiuamus? num ut postea nihil bona
amplius faciamus?

EXAMI. Verè ad illa mala non iustificamur.

SUPER. Non iustificamur quidem: sed nescio qui fiat, quod
statim auditio Euangeli, & gratuita in Christo iustitia pre-
dicata, quam plurimi, securi, ociosi, & ad omnia bona opera
praestanda, redditantur negligentiores: nec solum nos, qui ho-
die uiuimus, sed etiam temporibus Apostolorum, summa
securitas cum profundo otio & negligentia oscitante, in usu
fuit, unde & Pauli, Iacobi & aliorum querelæ.

Ad R. o. 6. post commendationem seu prædicationem gra-
tie, sic obiecerunt Romani: Quid igitur dicemus? Manebis
bimus

DE SYNODIS.

bimus in peccato, ut gratia abundet? Sic hodie obijciunt postque Christus omnia effecit, & postque fides sola iustificat ergo ulterius non est opus, ut benē operemur?

E X A M I. Quid ergo consilij præbes contra securitatem illam, otium illud & illam negligentiam?

S V P E R. Hoc præbeo consilium, quo & Apostoli usi fuerunt: nimirum ut diligentissime finem iustificationis urgeamus.

E X A M I. Qui est ille finis?

S V P E R. Benē operari. Sic enim respondit. Paulus obiectio Romanorum ex iustificationis fine. Absit. Qui mortui sumus peccato, quomodo post hac uiuemus in eodem? An ignoratis, quod quicunque Baptizati sumus in Christum Iesum, in morte eius baptizati sumus. Sepultus igitur sumus unā cū illo per baptismum in mortem: ut quemadmodum excitatus est Christus ex mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate uitę ambulemus. Summa ergo est huius responsionis Pauli. Iustificationis finis est bene operari: item, Iustificati debent bona opera facere.

De hoc fine iustificationis, & pulchre loquitur Apostolus ad Ephes. 2. Sumus enim figmentum Dei, conditi ad bonam opera.

In uitatorię autem causę post iustificationem ad bona opera esse debent, debitum, decorum, præmia ex promissione dei recompensatoria, & quia post iustificationem primū placent Deo nostra bona opera. Contraria iustificationi improbare puto?

E X A M I. Improbo & damno.

E X A M E N S V P E R L O C V M

De Vita eterna.

S V P E R. Quia uita eterna est res fidei & iustificationis cognata, Ioan. 3. Qui credit in me iam habet uitā eternam. quare nunc

nunc cordo postulat, & de uita eterna aliquid te interrogas
re. Quid igitur uocas uitam eternam?

E X A M I. Vitam eternam uoco, uitam post hanc altam, ples-
nam gaudio spirituali, & eterna letitia. Sed tu rei definitio-
nem adde.

S V P E R. Vita eterna est certa Dei patris & domini nostri
Iesu notitia, quę hic in fide sub spe certa in spiritu incipit, &
manifestabitur post hanc uitam, ad perpetua gaudia & im-
mortalem hereditatem. *Ioan. 17.* Haec uita eterna est, ut cognoscant
te solum Deum uerum, & quem misisti Iesum Christum.
Priore ad Cotinth. 13. Cernimus enim nunc per spes
culum in enigmate: tunc autem a facie ad faciem. *Petrus 1.*
epistola cap. 1. quę in hoc parata est: scilicet salus, ut patefiat
in tempore supremo. *Ioan. 3.* Qui credit in me, iam habet
uitam eternam. *Ad Ro. 8.* Spe saluati estis. *Petrus 1.* epistola
cap. 1. uitam eternam sic definit:

Vita eterna est hereditas immortalis, & incontamina-
bilis, atq; immarcessibilis, quę conseruatur in coelis erga nos
qui uirtute dei custodimur per fidem ad salutem, quę in hoc
parata est, ut patefiat in tempore supremo, in quo exulta-
mus nunc &c.

Christus Marci 13. uitam eternam in haec uerba definit.
Vita eterna est, sed in qua homines neq; contrahent matrimoniū, neq; nuptum dabunt: sed erunt tanq; angeli Dei.
E X A M I. Scholastici doctores, nescio quę terrena de uita
eterna speculantur: an etiam aliquid terrestre erit in uita
eterna?

S V P E R. Nihil neq; terrestre, neq; caducum, neq; quod sa-
pit presentem uitam: immo uita eterna erit ultra omnem ra-
tionem, & ea, quę sunt terrestria, caduca, & mundana. Et
hoc uerum esse, satis docet Petrus his uerbis: hereditas im-
mortalis, incontaminabilis, & immarcessibilis. Item, Chri-

DE SYNODIS.

Itus his uerbis: neq; contrahent matrimonium, neq; nuptium dabunt, sed erunt tanq; angeli dei. Vide & Apostolum ad Corinth. 5. Seminatur in corruptione, & resurget in corruptione &c. De causis uitæ æternæ quæ habes?

E X A M I. Causas non admodum probe perspicio, tu ergo eas edoce.

S V P E R. Causæ sunt uitæ æternæ. Promissio, donum Dei, fides, & Christus dator uitæ eterne. Promissionis multi sunt scripturæ loci, quæ credentibus in Christum uitâ æternam promittunt. Donum Dei est ad Ro. 6. Vita æterna donum Dei est. Matthæi 20. docet parabola uitam æternam sequi ex conuentione seupacto, quod init paterfamilias cum operariis in uineam conductis, Fides causa est, quia uitæ eterne res cognata, Ioan. 8. Qui credit in me, iam habet uitam eternam. Christus causa est, quia propter Christum contingit uita æterna, & quia Christus dat uitam eternam. Ioan. 15. & Ioan. 17. De partibus uitæ eternæ quæ sentis?

E X A M I. Vitæ eternæ nullas partes tristuo, Est enim una uita æterna sine omni prærogativa habitantium in ea.

S V P E R. Quas putas esse uitæ eternæ effectus?

E X A M I. Habere gaudia æterna sine luctu & tristitia. Apocalip. 21. Etabsterurus est Deus omnem lachrymam ab oculis eorum.

Gaudere & exultare in æternum, Esa. 65.

Adorare Deum perpetuo, Esa. 66.

Non sentire amplius peccatum, mortem, afflictiones &c. Esa. 25. Plures & similes uitæ eternæ effectus passim occurunt in sacris literis.

S V P E R. Contra uitam æternam multæ semper fuerunt hæreses, eos te detestari credo?

E X A M I. Detestor omnes & improbo.

Examen

DE SYNODIS.

EXAMEN SVPER LOCVM

De bonis operibus.

SVPER. Quę tu uocas bona opera?

EXAMI. Antichristi quid hactenus dixerint bona opera, sepe ridicula ac stulta, per se apertum est. Ego simpliciter uoco bona opera, quę nobis in Decalogo præscripta sunt: nam non video, quale bonum opus non possit sub Decalo-
go comprehendendi. Apostolus ad Ephes. i. uocat bona opera,
quę præparauit nobis Deus, ut in eis ambulemus: hunc lo-
cum sic intelligo, quod ea tantum sunt bona opera, quę in
uerbo sunt præscripta: quod enim Deus pro nobis præpas-
rauit, id credo in uerbo extare.

SVPER. Vbi ergo manebunt uigilię & missę pro mortuis,
delectus in cibis, externa à matrimonio abstinentia & simi-
lia opera?

EXAMI. Illa opera humanę traditiones sunt, non sunt uer-
ba bona opera.

SVPER. Opera decalogis eu quę in uerbo præscripta sunt,
quarū dicuntur bona opera, aut quia iustificant, aut quia me-
tentur uitam eternam?

EXAMI. Non. Opera enim bona neq; iustificant neq; me-
rentur uitam eternam, sicut patebit in effectibus bonorum
operum. Dicuntur uero bona opera, primum à bono uer-
bo, in quo præscripta sunt: deinde à Deo bono, qui capro
nobis præparauit & ordinauit: tertio, quia fiunt à bonis,
hoc est, à iustificatis. Rogo catalogum bonorum operum
mihi ē Decalogo colligas.

SVPER. Id multi laboris est, tamen accingat, pro ut ordine
se habent Decalogi præcepta.

BONA OPERA PRIMI PRAECEPTI.

Fides
Timor
Dilectio

In Deum.

DE SYNODIS.

BONA OPERA SECUNDI PRAECEPTI.

Confiteri	Nomen seu
Laudare	uerbum
Glorificare	
Honestare	
Magnificare	Famam
Commendare	
Dispergere	
Publicare	Gloriam
Inuocare	

Dei.

BONA OPERA TERTII PRAECEPTI.

Audire	
Suscipere	
Discere	
Magnificare	Verbum.
Admirari	
Meditari	
Docere alios	
Comunicare	
Requiescere in uerbo.	
Baptismum non contemnere, & illuuti.	
Reuereri ministerium uerbi & ministros.	
Absolutionem per fratrem non contemnere.	
Conseruare publicas ceremonias.	

BONA OPERA Q. VARTI PRAECEPTA

Honorare	
Colere	
Magnificare	Parentes, magistratum, preceptores,
Reuereri	tutores, heros, & heras, & omnes no-
Iuuare	bis superiores,
	Obedire

Obedire
Morem gerere
Seruire
Obsequi
Esse diligentem in obeunda uocatione & administratio-
ne illius.

Prædictis personis.

BONA OPERA QUINTI PRAECEPTI.

Irasci, Inuidere proximo.
Intimicum esse, Litigiosum esse erga proximum.
Concertare cum proximo.
Seditiosum esse, Instruere se fias contra proximum.
Vexare cum contemptu proximum.

Non Indignari proximo.

Dicere ad proximum Raha.
Vocare proximum fatuum.
Insectari proximum.
Arroganter de se sentire.
Vlcisci se de proximo.
Conuiciari in proximum.

Occidere proximum.
Item diligere proximum & in eum beneficium esse.

BONA OPERA SEXTI PRAECEPTI.

Castum
Fidum
Temperantem
Sobrium

Mœchari

Non Odisse coniugem

Irasci coniugi

Esse suspicium ac morosum erga coniugem

A spicere coniugem alterius ad concupiscendum.

DE SYNODIS

- Repudiare coniugem.
Denegare debitam benevolentiam coniugē.
Vri & estuare internis concupiscentijs.
Esse immundum & lascivium in uerbis.
Non Esse amarulentum erga coniugem.
Abligurire bona ad sustentandū matrimonium
cum honestate.
Perdere nimio ornatu ac sumptu coniugem.
Negligere domum & rem familiarem.
Item obediē coniugi, diligē coniugem & eam
reuererī.

DONA OPERA SEPTIMI PRAECEPTI.

- Cogitare de alterius bonis subtrahendis.
Adfectare alterius bona.
Cogitare de furtouerbi.
Iuuare alios in furto uel consilio uel alia ope.
Furari per se.
Decipere praetextu ueritatis.
Attentare blandis uerbis bona proximi.
Interpretari falso uerbum.
Non Subordinare alios furti grati.
Inire dolo contractus.
Violare in contractibus fidem & iustitiam.
Diuendere pluris merces, quam iustum est.
Supponere falsas merces pro bonis.
Vti fallis ponderibus, uilnis, modis &c.
Exercere usuras iniustas.
Ociari.
Negligere suam uocationem & officium.
Item iuuare proximum, in proximū liberalē esse.
Bona

DE SYNODIS

74

BONA OPERA OCTAVI PRAECEPTI.

Studiosum Iedendifamā proximi	{ } In proximū
Philauton, Superbum	
Contemptorem	
Contumeliosum	
Gloriosum, Inflatum	
Inuidum	
Non esse	
Calumniatorem	
Maledicūm, Obrectatorem	
Proditorem	

Approbatorem diffamationis

Item bona sunt huius præcepti opera. Est ueracem in
omni uita, odisse simulationem & mendacia, reprehendere
diffamantes alios, defendere & excusare diffamatos, non lo-
qui falsum testimonium coram iudice,

BONA OPERA NONI PRAECEPTI.

- Querere in omnibus proximi utilitatem.
- Postponere nostra cōmoda utilitatibus proximi.
- Iuuare proximum, ut dītior fiat, & eius bona crescant.
- Non concupiscere bona proximi.
- Non abalienare. Non abstrahere.
- Non decogere in necessitate.
- Non defraudare proximum de suis bonis.
- Non decipere.
- Admonere proximum de dolo.
- Non insidiari proximi bonis.
- Non consentire alijs in occupatione bonorum proximi
rum dolo.

Bona

DE SYNODIS.

BONA OPERA DECIMI PRAECEPTI.

Querere in omnibus utilitatem proximi.

Admonere uxorem eius, & seruos, ut suum officium diligenter faciant.

Non desiderare uxorem proximi, non seruos &c.

Ceterum quod discriminem est inter bona opera piorum & impiorum?

EXAMI. Piorum bona opera grata & accepta sunt Deo, quia fiunt a iustis & reconciliatis ex fide. Impiorum uero bona opera, in speciem uera sunt opera, que Deus etiam precepit: sed non sunt grata neque accepta Deo, quia fiunt ex impiac infidelianimo. Quicquid autem fit sine fide, peccatum est. Ad R. o. 14. Ad Hebreos n. Impossibile est placere Deo sine fide. Sed cuius dona sunt in impijs honesta & bona opera?

SUPER. Honesta & bona opera etiam in impijs Dei dona sunt. Nam Satane dona esse non possunt, qui cupit mundum inescatum uicijs.

EXAMI. Quia impiorum honesta ac bona opera non sunt Deo grata: ergo peccata sunt?

SUPER. Evidem sunt peccata: uerum hoc non accidit propter opera honesta & bona: sed per accidentes propter impiam personam. Porrò qua appellatione dignatur scriptura bona opera?

EXAMI. Subinde uocat ea sacrificia, nunc laudis, nunc gratiarum actionis, nunc iustitiae, ut Psal. 49. Immola deo sacrificium laudis &c. Petrus 1. epistola cap. 2. uocat bona opera spirituales hostias & acceptabiles deo per Iesum Christum. Matthaei 5. Christus lucem uocat opera bona. Sic luceat lux testra &c. Sed que est uera ratio loquendi de bonis operibus?

SUPER. Primum loquendum est de necessitate bonorum operum,

operum, quod sint necessaria: deinde quomodo placeant
Deo: tertio, que præmia ea sequantur, & quorū sequantur.
EXAMI. Vt definis bona opera?

EVPER. Bona opera sunt uerī cultus Dei in uerbo præ-
scripti, cum interni, tum externi, qui fiunt in hoc, ut illis glo-
rificetur Deus & eius gloria propagetur, ut illis gratias aga-
mus Deo, ut illis nondum credentes ad credendum uerbo,
& ad glorificandum deum inuitemus, ut credentes iam illis
in doctrina confirmemus, & porrò ad festinenda bona ope-
ra prouocemus, tandem ut illis, nos foris testemur, de nostra
fide, de accepta in Christo iustitia, & quod simus Christiani.

EXPLICATIO DEFINITIONIS.

Bona opera sunt uerī cultus Dei, quia ex Decalogo sunt,
qui docet tam de interno Dei cultu, quam externo.

Finales bonorum operum effectus sunt hi sequentes.

Glorificare Deum per bona opera. Esa. 61. Plantatio do-
minis noster ad glorificandum Deum, Psal. 49. Immola Deo
sacrificium laudis, & inuoca me, & glorificabis me.

Propagare gloriam Dei per bona opera. Nam malis ope-
ribus gloria Dei diminuitur & angustior redditur.

Agere gratias Deo per bona opera. Hinc scriptura uocat
ea sacrificia laudis seu gratiarum actionis Psal. 49.

Inuitare per bona opera non credentes ad Euangeliū
& credendum & suscipiendum, ut inde per illos glorifice-
tur Deus. Matthæi 5. Sic luceat lux uestra coram homi-
nibus, ut uideant uestra bona opera, & inde glorificant pa-
tronum uestrum, qui in celis est. Priore Petri cap. 1. Habete
conuersationem uestram honestam inter gentes: ut in hoc
quod obtrectant uobis quasi maleficis, ex bonis operibus
estimantes uos, glorificant Deum in die uisitationis.

Confirmare bonis operibus credentes in doctrina, & ut
porro maturent bona opera facere. Nam malis operibus

DE SYNODIS.

offenduntur conscientię, ut aut de doctrina addubitare inscipiant, aut eam prorsus deserant.

Testari de fide nostra. Fides enim res interna est, & in corde existens, quę ut pr̄sens adesse cognoscatur, opus est, quo accedant bona opera, quę de fidei pr̄sentia testentur; unde & testimonia fidei appellantur bona opera.

Testari de iustitia fide accepta. Siquidem & iustitia talis res est, quę oculis non est exposita, ut tamen adesse cognoscatur, id indicant opera bona.

Testari quòd simus Christiani. Quia et Christianus non cernitur oculis, (& ut dicitur uulgarī dicto, frons non prodit Christianum) ideo necessariō benē operandum est, quo inde Christiani esse cognoscamur. Ceterum de causis bonorum operum quę habes?

EXAMI. Causam bonorum operum puto dilectionem esse erga Deum.

SUPER. Magis sunt principales causę, spiritus sanctus & fides. Spiritus sanctus causa est, quia bonorum operum autor atque effector est: hic enim regenerat corda nostra & apta facit, ad bona opera facienda, quę placent Deo. Vnde & Apostolus ad Gal. 5. bona opera fructus spiritus uocat, à spiritu sancto bonorum operū effectore, & ut uerè siant bona opera formatore.

Fides est causa, quia bona opera fidei sunt effectus, & quia bona opera sine fide nulla esse possunt: tandem quia si ne fide opera quantumuis specie bona, tamen non placent Deo. Ad Ro. 14. Quicquid sine fide fit, peccatum est. Ad Hebreos 11. cap. Non est possibile, placere Deo sine fide.

Dilectio erga Deum causa est. Qui enim fide nouit deum & diligit, is etiam postea tenebit deum, magnificet nomen Dei, & alia bona opera propter deum, quem diligit, prestatibit.

Incentorię causę ad bona opera hæc esse possunt. Neces-
cas, quia

tas, quia necessariō benē operandum est. **Dignitas bonorum operum.** Pertinent enim bona opera ad gloriam Dei. **Esa. 61.** Plantatio domini sumus ad glorificandū eum. Hinc & sacrificia Iaudis dicuntur, quibus laudamus Deum. **Tertia** est causa incitatoria, autoritas spiritus sancti, qui honoris operum autor atq; effector est. **Quarta causa** est à p̄mij; petitur bonis operibus promissis, quibus Deus tam corporalib; quam spiritualia bona promisit.

Formalis bonorum operum causa, partim à fide petenda est, sine qua non placent Deo bona nostra opera, partim ab exemplo patris cœlestis, qui in operando nullis ducitur circumstantijs, partim à spiritu sancto bonorum operum auctore. Et Christus exemplar benē operandi nobis proponitur à Petro 1. epistola cap. 2. **De partibus bonorum operum que tenes?**

EXAMI. Bona opera omnia eiusdem farinę esse credo. **SUPER.** Sed hæc diuisio bonorum operum necessaria est, scire quedam bona opera pertinere ad cultum Dei interiorem, qualia sunt primi præcepti opera, ut fidere deo, diligere Deum & eum timere. Quedam ad exteriorem cultum Dei, ut sunt reliqua Decalogi præcepta omnia. Quidam dividunt bona opera, in opera que præcepit Deus, & in opera, que sancti homines præceperunt. Sed sic sentiendum est circa hanc diuisionem, nullum esse bonum opus, quod non præcepit Deus, aut quod ad opera que præcepit Deus, non potest referri. Sed de effectibus bonorum operum quid putas?

EXAMI. Finales bonorum operum effectus, in explicatio ne definitionis bonorum operum enarrasti. Si qui sunt ad huc bonorum operum effectus, queso illos adde. **SUPER.** Præter effectus bonorum operum finales, supra citatos, adhuc sunt alij, quales esse possunt his sequentes.

DE SYNODIS.

Exuscitare

Exercere } fidem. Nam sine operum exercitio, non
Confirmare } potest durare fides.

Et præter hos nunc dictos effectus, adhuc sunt alij, qui à
rebus cognatis seu præmijis bonorum operum ducuntur. Et
quia præmia duplicita sunt promissa, igitur & effectus hinc
duplices oriuntur. Quidam respiciunt ad corporalia bona,
quidam ad spiritualia. Sic bonis operibus, quidam scriptu-
ræ loci promittunt uitam eternam, non emerendam per bo-
na opera, sed ex promissione recompensatorie possidendā.
Sic Apostolus præcatur Corinhijs in posteriore epistola,
ut Deus reddat illis pro collata elemosina, incrementa do-
norum spiritualium. Matthæi 6. Promittitur pro elemo-
syna præmium in propatulo. Verum ut se habeat cum his
effectibus à præmijis honorū operum petitis, consule meos
locos communes. Contraria bonis operibus credo tibi
nauseę esse.

EXAMI. Reuera & nauseę sunt & extremo fastidio.

EXAMEN SVPER LOCVM

De cruce.

SVPER. Quid porrò de cruce sentis?

EXAMI. Crux certò sequitur prædicationem & confessio-
nem Euangelij. Est enim eius fidelissimus Euangelijs co-
mes, qui præsente Euanglio, & ubi hoc suscipitur abesse
non potest. Siquidem Euangeliū damnat optimā quęq;
mundi, ut causas ad iustitiam ualente m coram Deo: arguit
mundum de infidelitate, de iustitia & iudicio falso: & de-
tegit hypocrisin mundi: quare postea accingitur mundus
ad persequitionem. Item, quia diabolus aduersatur Euan-
gelio, ideo & ille tum incipit, foris & intus tentare atq; cri-
brare pias. Pertinent & hoc scripturæ loci, qui probant cri-
cem necessario sequi prædicationem & confusionem. Euangelijs

gelij. Matth. 16. Qui post me uult uenire, abneget semet ipsum, & tollat crucem suam. Matthæi 10. Ecce ego mitto uos in medio luporum. Posteriore ad Timoth. 3. Omnes qui uolunt piè uiuere in Christo, persecutionem patientur. Ioan. 5. Non est seruus maior domino suo: si me persecuti sunt, & uos persequentur.

SUPER. Ut autem definis crucem?

EXAMI. Crux uariè definiri potest: tu ergo elige ex uarijs definitionibus, unam optimam.

SUPER. Optima est hæc sequens crucis definitio, ex causis & effectibus, additis simul & partibus.

Crux est quævis afflictio siue interna, siue externa, ex gratia Dei contingens propter Euangelium seu nomen Christi, ut ea probetur fides sanctorum, cognoscatur charitas Dei erga nos, & magnifica liberatione illustrentur p[ro]i cora persecutoribus. Hec definitio sequenti methodo inclarescet.

Alias sic definitur. Crux est quævis afflictio, que contingit propter nomen Christi, seu Euangelium seu ueritatem uerbi.

Alias sic. Crux est omnigena afflictio, seu persecutio, que diuina promissione contingit p[ro]i, ut charitas Dei erga eos cognoscatur.

Alias sic. Crux est quævis castigatio, que in presentis non videtur esse gaudijs, sed molestijs: at postea fructu tranquillum iustitie reddit, qui per illam fuerint exercitati. Ad Hebreos 12. Tranquillum iustitie fructum uocat uitam eternam, que est iustitiae recognata. De causis crucis si quid habes, profer.

EXAMI. Causas crucis suppeditat definitio.

SUPER. Benè. Sunt enim causæ crucis, gratia & charitas Dei. Priore Petri 2. Hæc enim est gratia Dei, & in hoc uocatis, ut exemplo Christi patiamini. Pro 3. Quem Deus diligit, corripit.

DE SYNODIS.

Occasionem crucis præbet prædicatio Euangeli & confessio. Formalis causa est patienter ferre crucem. Iuxta illud Luc. Per patientiam possidete animas uestras. Ad Col. Ad omnem tollerantiam & patientiam cū gaudio, hoc est, ne cor irascatur Deo in cruce. Peccant contra hanc formalis ferendi crucem forman, qui in cruce irascuntur Deo, qui murmurant contra Deum, qui egre & moleste ferunt crucem.

Spectant & ad formalem causam hę uoces, ppter Euangelium, & propter nomen Christi, ne quis crucem de merito ferat, aut sicut fur & latro. Forma ferendi crucem pertinet & à Christo exemplari, Priore Petri 2.

EXAMI. Ad quid prodest crucis causas scire?

SVPER. Ad hoc prodest, ut sciamus crucem, non casu, sed singulari consilio Dei, beneuola uoluntate, gratia & charitate Dei contingere. Hiere, in Threnis. Quis est iste, qui dixerit fieri haec domino non iubente? Ex ore altissimine bona nec mala eveniunt? Rursus qui ignorant crucis causas illi aut casui, aut diabolo, aut magicę arti, aut malis hominibus crucem acceptam ferunt; undefit, qd tales nequeant se in cruce solari. Prodest & scire formales crucis causas, ne in cruce constituti, in forma ferendi crucē, & propter quas res referenda sit, erreimus.

EXAMI. Que esse possunt incitatorię ad crucem patienter ferendam causae?

SVPER. Haę sequentes.

Scire crucem bona Dei uoluntate, & ex gratia & charitate Dei accidere.

Scire crucem esse rem placentē Deo, & esse gratissimum Deo sacrificium.

Scire Deum non imponere nobis crucem ultra uires nostras 1. Corinth. 10.

Secta

D E S Y N O D I S .

Scire crucem fieri bonis in bonum. Sic Hiob vexatus cruce, accepit pro septem milibus ouium, quatuordecim &c.

Scire crucem non esse perpetuam.

Scire mundum non posse nos cruce adficere, nisi constis tuto à Deo tempore, aut permissione diuina. Iuxta illud. Omnes capilli capitum uestri, numerati sunt. Ioan. 9. in persona Christi. Nemo apprehendit me, quia nondum uenit hora mea. De partibus crucis quid sentis?

X A M I . Si Crux est quævis afflictio siue interna, siue extrema; ergo meritò crux diuiditur in internam & externam. Interna est, quæ constat afflictionibus internis & intrinsecis tantantibus. Externa est, quæ forinsecus afflictiones & persecutiones continet. Raro tamen interna abest, quando adest externa. Cum enim adfligimur foris, intus exercemur ac probamur temptationibus simul. Est & electitia crux seu imposititia, quam sibi ipsis eligunt & imponunt homines, quæ si fit propter lasciviam & petulantiam carnis tantum reprehendam, non improbatur. Quanquam Christiani non opus habebunt, ut sibi crucem imponant, modo Euangelio credant, & illud confiteantur, tunc satis crucis illis semper erit in foribus.

Prorsus diabolica est crux, quam sibi quidam propter finem iustificationis imponunt. Mala est crux, & non pertinet in regnum cœlorum, quæ de merito portatur.

S V P E R . Quis seruat nos in cruce, ne propter crucis potestiam à ueritate aut recidamus, aut eam in dubium uocemus?

EX A M I . Spiritus sanctus. Ad Ro. 8. Consimiliter & spiritus auxiliatur infirmitatibus nostris &c. Matthæi 10. Non estis uos illi loquentes: scilicet in cruce, sed spiritus patris uestri qui loquitur pro uobis.

S V P E R . Quod discriminem est inter crucem piorum & impiorum?

Exam.

DE SYNODIS.

E X A M I. Magnum est discrimen. Impij enim adfliguntur, ut perdantur & damnentur. Pij adfliguntur ut liberentur gloriose, & seruentur. Priore ad Corinth. n. A domino corripimur, ne cum mundo damnamur. Sed quero num in hoc mundo prorsus cessabit aliquando piorum crux?

S V P E R. Non. Donec enim pij manebunt, manebit crux. Nam Christi regnum subiectum erit cruci, usque ad finem mundi, in quo Deus omnes aduersarios & inimicos regni Christi primum ponet scabellum pedum Christi, Psal. 109.

E X A M I. An in cruce fugiendum sit?

S V P E R. Fugae exemplum ab ipso Christo petimus, qui sub inde fuga sibi consuluit. Et ad fugam ipse uidetur horrar nos, dicens. Si in una ciuitate uos persecuti fuerint, fugite in aliam. Matth. 10. Paulus in spora demissus per muros, auffigit Act. 9. Verum cum contumelia nominis Dei fugere non licet. Iuxta illud. Qui me confessus fuerit &c.

E X A M I. Quām varia sunt crucis genera seu species persecutionis?

S V P E R. Eius quām plurimas recenset Autor epistolæ ad Hebr. cap. ii. Et Paulus 2. ad Corinth. n. Sed qui sunt crucis effectus?

E X A M I. Præcipuum crucis effectum posuisti in definitio ne, qui est, ut per crucem probetur fides nostra. Petri 1. Iacobi 1. Alij sunt effectus his sequentes.

Explorare num seruemus viam domini. Iudicum 2. Non deleuit Deus gentes, ut in ipsis experiretur Israël, nō custodiret viam domini. Exodi 6. ut tentem eos, utrum ambulet in lege mea.

Esse signum dilectionis dei erga nos. Pro. 3. Quem Deus diligit, corripit.

Esse signum, quod sumus filii dei Ad Hebreos 12. Sicut ergo estis à castigatione spurii estis.

Esse signum

Esse signum, quod sumus in regno cœlorum Matth.,
Habere comitem gloriosam liberationem, testantibus id
multis & noui & veteris testamenti exemplis. Ioan. 16. Sed
mores uester uertetur in gaudium.

Habere ex promissione comitem uitam eternam. Si quis
deum & cum eo patimur, ut & una cum illo glorificemur.

Plures effectus in tuis locis extant.
SVPER. Cæterum effectus crucis a præmijs num contin-
gant ex opere operate, aut ex promissione?

EXAMI. Ex promissione tantis crucem ferentibus facta?

SVPER. Contraria crucis credo te detestari?

EXAMI. Detestor planè & abominor.

EXAMEN SVPER LOCVM

De Sacramentis.

SVPER. Quibus medijs Deus ab initio mundi uoluntate
suam manifestauit mundo?

EXAMI. Duobus: signis, & uerbo. Signa accessere, postq;
ex nostra infirmitate non essemus contenti simplici uerbo.

SVPER. Que uocastu hic signa?

EXAMI. Que alij sacramenta, alij notas, alij tesseras, alij si-
gilla, alij symbola, alij sacramentalia signa uocant.

SVPER. Locuturis de signis seu sacramentis, que sunt con-
siderandas?

EXAMI. Ceremonia, & promissio cuius causa signa seu sa-
cramenta instituta sunt. Sed ut definis signa seu sacramenta?

SVPER. Sacra menta sunt uisibilia signa, ad testandum de
beneuola Dei erga nos uoluntate, & ad mouendum ac exci-
tandum cor ad fidem erga promissiones Dei instituta.

Alias sic definiuntur sacramenta.

Sacra menta sunt signacula iustitiae fidei ad Ro. 4. Vbi
Apostolus definit circumcisio nem signaculum iustitiae fidei,
hoc est, nota mandmonentem Abraham de promissionibus

DE SYNODIS.

Dei, & in tentationibus admonentem & erigentem eum ad finem.

Alias sic. Sacraenta sunt uisibilia media, per quae ex citatur, erigitur & confirmatur fides.

Alias sic. Sacraenta sunt diuinæ uoluntatis erga nos signa, confessionis & bonorum morum symbola.

Alias sic. Sacraenta uisibilia sunt ligna, que in oculis incurruunt, sicut uerbum in aures, ad eundem effectum hoc est, ut moueant cor ad credendum.

EX AMI. Que sunt signorum seu sacramentorum cause? SUPER. Causa sacramentorum seu signorum Deus est. Nam homines non possunt sacramenta constituere. Noui testamenti sacramenta Christus instituit. Occasionem sacramentorum prebuit infirmitas nostra, que post lapsum non potest simplici uerbo credere, aut illo contenta esse. Prebuit & occasionem sacramentorum ipsa necessitas, ut sacramenta seu signa conferuarent ac prorogarent memoriam uerbi ad omnem posteritatem. Siquidem firmius durat rerum memoria, quas oculi accipiunt commendatas ceremonias uel spectaculis, teste D. Philippo. Cæterum & uerbum sacramentorum causa est. Iuxta illud Augustini. Accedat uerbum ad elementum, & fiat sacramentum. Sed de partibus sacramentorum que tenes?

EX AMI. Quidam diuidunt sacramenta in signa ueteris testamenti; in signa noui testamenti; & in signa utriusque communia. Vetus testamentum unum habuit principale signum ualitatum circumcisio[n]em. Alia signa Gedeoni, Ezechie & alijs data, tanta[rum] fuerunt particularia signa, propriatis personis quorum tamen idem atq[ue] unus fuit usus cum circuncisione universali signo. Noui testamenti signa sunt hæc: Baptismus, Eucharistia, & absolutio. Vtriusque testamenti communia sunt sacramenta, ratio, adficiatio, eleemosina, matrimonium.

trimonium, magistratus & alie res, que annexam promissionem habent. Posunt enim res omnes sacramenta dici, que annexam promissionem habent.

SUPER. In meis locis partitus sum sacramenta, in universalia & particularia, quam partitionem huc referes.

EXAMI. Excludit ergo & reijsis Scholasticorum partitiones?

SUPER. Ita excludo & reijsio, ut tamen ordinem & matrimoniū pro sacramentis admittam. Ordinem, si eum aequaliteris pro ministerio Euangeliū, & uocatione ad hoc ministerium, docendi uerbū seu Euangeliū, & administrando sacramenta, habet enim ordo sic acceptus, mandatum dei, & ingentes promissiones. De matrimonio propter easdem promissiones, nullum est dubium, quin sacramentum sit.

EXAMI. Non recipis poenitentiam pro sacramento?

SUPER. Non. Nam baptismus est sacramentū poenitentie.

EXAMI. Que sacramenta propriè dicuntur?

SUPER. Noui testamenti signa, quia annexam habent peccatorum remissionem. Porro de effectibus sacramentorum que habes?

EXAMI. Tu quoq[ue] effectus subiectas.

SUPER. Effectus sacramentorum in genere hi sequentes esse possunt.

Testari de beneuola Deiuoluntate erga nos.

Esse signa gratiae Dei erga nos.

Esse signa fauoris Dei erga nos.

Admonere nos de promissionibus Dei.

Exercere ac mouere cor ad credendū promissionibus Dei.

Erigere pios in tentatione ad fidem.

Esse confessionis signa, quibus confitemur cui Deo seruimus.

Esse signa gratiarum actionis.

DE SYNODIS.

Esse signa mutuę inter nos charitatis.

Esse allegorias & symbola bonorum morū, quę inuitant nos, ut nobis inuicem seruiamus, et uitā in melius mutemus.
E X A M I. Quid sentiendum est de dignitate ministrorum & dispensatorum sacramentorum.

S V P E R. Hoc quod senserunt patres, & ego sentio. Augustinus de unico Baptismo, lib. 6. ait. Non est aqua Prophana & adultera, supra quam nomen Desinuocatur, etiam si prophanis & adulteris inuocetur. Quia nec ipsa creatura est, nec ipsum nomen adulterum est. Vide plura apud Augustinum super Ioannem tractatu s. & contra Cresconum Gramaticum. Contraria sacramentis te puto improbare.
E X A M I. Improbo omnia.

EXAMEN SVPER LOCVM

De Baptismo.

S V P E R. De Baptismo quę cognita habes?

E X A M I. Baptismum teneo pro benevolentię Deiuoluntatis erga nos signo, quo et recipimur in regnum cœlorum.

S V P E R. Est quidem Baptismus lignum benevolę Deiuoluntatis erga nos, quo & recipimur in regnum cœlorum, in hoc, ut habeamus remissionem peccatorum, per totā uitam in conflitu mortificationis & iuificationis durantem. Sed uile ac humile est hoc signum in conspectu carnis, ideo hoc signo multi offenduntur, ut illud contemnant.

E X A M I. Remediasunt contra offendiculū & contemptū Baptismum non solum considerare ut nudum signum & remoniam simplicem, sed ut tale signum & talem ceremoniam, quę simul annexam habet remissionem peccatorum, & res huic cognatas, uitam & iustitiam. Et quia res tantas annexas habet baptismus; quare meritò dicitur sacramentū noui testamenti, in quo offertur in Christo peccatorum remissio, uita & iustitia. Ceterum definitiones aliquot baptismitu subiecto.

Super.

SUPER. Succincta est definitio hæc sequens, sed tamen fastis efficax. Baptismus est signum seu sacramentum, ab ipso Christo institutum, ut qui credat, & Baptizetur, accipiat peccatorum remissionem, & fiat saluus. Extat hæc definitio Matthæi & Marcii ultimo. Petrus ait. Act. 2. Resipiscite & baptizetur unusquisque sub nomine Christi in remissionem peccatorum.

Alias sic definitur.

Baptismus est, quo non externi corporis fôrdes abluitur, sed est pactum bonæ conscientiæ erga Deum per resurrectionem Christi. Petri 3. Duo hæc definitio dicit, baptismum esse testatorium signum, quo Deus nobis placatus sit per Christum: deinde bona conscientia nos fidere Deo posse, nos esse iustos coram Deo propter Christum.

Alias sic.

Baptismus est aqua à Christo instituta, & uerbo Dei sanctificata. Facit hæc definitio contra contemptum baptismi.

Alias sic.

Baptismus est signum mortificationis, & resurrectionis à peccatis ad Ro. 6. Et hæc definitio allegorica est. Sed quæ sunt baptismi causæ?

EXAMI. Causæ hæc esse possunt. Verbum, aqua, minister, baptizandus, fideiussor. Christus baptismi institutor est.

SUPER. Ex his quedam sunt de substantia baptismi, ut uerbum & aqua: quedam non sunt de baptismi substantia, ut res lique causæ, quæ ideo non sunt de baptismi substantia, quia propter illas neq; melior neq; peior sit baptismus. Forma baptizandia Christo præcripta est Matthæi ultimo. Euntes docete omnes gentes: baptizantes eos in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti.

EXAMI. Multa circa has causas queri possunt, & scitudo digna, & necessaria.

DE SYNODIS.

SUPER. Verè multa possunt, quæ omnia cū ex uerbo, sūm
ex patribus soluta, inuenies partim in meis locis, partim in
meo Catechismo. De partibus baptismi quæ sentis?

EXAMEN. Vnum simpliciter baptismū adsero ad Ephes. 4.
Vnum Baptisma.

SUPER. Verum est unum esse baptismum: scilicet aqua:
nam Baptismus spiritus, & baptismus sanguinis alio respi:
cere uidentur. Per allegoriam possunt duæ trahi partes i
baptismo: uidelicet mortificatio & uiuificatio. De effectu
bus baptismi quæ habess?

EXAMEN. Præcipuum baptismi effectum hunc adsero: nem
pe accipere peccatorum remissionem. Marci ultimo. Act. 26.

SUPER. Ex rebus cognatis hi sequentes prosilunt.

Accipere uitam & iustitiam: nam hæ res remissioni peccatorum sunt cognatae,

• Este pactum bonæ conscientiæ erga Deum per resurrectiōnē Christi, quod Deus nobis placatus sit, & nos sumus fulti coram Deo propter Christum. Petri 3.

• Esse signum & liberati sumus à diabolo, peccato, morte, inferno &c.

• Esse signum translationis nostræ ē regno Satanae in regnum Christi.

Este lauacrum in quo donatur nobis spiritus sanctus, qui incipit in nobis mortificare concupiscentiam, quæ licet in nobis maneat, & si tollatur reatus originalis uicij.

• Esse signum mortificationis & uiuificationis per totam uitam.

Plures effectus huc uocari possunt ex effectibus signorum, quos baptismus alias cum signis communes habet. Ast ut se cum contrarijs habet contra baptismum:

EXAMEN. Ea prorsus damno & rejicio.

Examen

DE SYNODIS.

EXAMEN SUPER LOCVM

De Eucharistica coena.

SUPER. Quia coena domini annexam habet remissionem peccatorum: igitur credo & illam prouero & proprio Novi testamenti signo agnoscere?

EXAMI. Agnosco & recipio.

SUPER. De uariis huius coenæ appellationibus rogo me certiorem facias.

EXAMI. Apostolus hoc sacramentum coenam domini uocat *eu&giv*, quia communis est coena pro congregacione in ecclesia: alij *v&giss* propter finem, quia hoc signum institutum est, ut illo utentes agnoscamus beneficium Christi deinde pro tanto beneficio agamus gratias. Scholastici uocant uiaticum, quod hoc sacramentum hinc decedentibus sit uiatici loco: uocant & altaris sacramentum: Item sacrificium, quam uocem abhorreo, propter latentem sub illa impietatem & abominationem, quam addiderunt homines impij & abominabiles. Ut autem definitius hanc coenam est constitutum, ad remissionem peccatorum illis, qui credunt uerbis Christi in hac coena: quod prouobis datur & effunditur in remissionem peccatorum. Extat definitio Matthæi 26.

Marchi. 4. Luce 22.

Alias sic definitur ex remotioribus finalibus causis. Coena Domini est, qua efficimur unius corporis Christi membra, ut nos inuisum diligamus, sicut dilexit nos Christus Priore ad Corinth. 10.

Alias sic, Coena domini est signum prouocans nos ad benè operandum, ne potrò polluamus corpora nostra coniuncta corpori Christi: item, est signum quo gratias agimus Deo pro beneficijs Christi acceptis, & peccatorum remissione: item, est signum confessionis, qua confitemur nos esse Christianos.

DE SYNODIS.

Christianos. De causis huius coenæ cupio certior fieri.
EXAMI. Causæ sunt. Christus institutor, uerbum, panis,
uīnum, minister & communicans.

SUPER. De substantia coenæ domini sunt, uerbum, panis,
& uīnum, quæ cum ad sunt, integrum est sacramentum. Re
lique causæ non sunt de substantia, hoc est, propter illorum
dignitatem uel indignitatem, nihil accedit, neq; decedit sa
cramento.

EXAMI. Sed & circa has causas multa queri possunt.
SUPER. Questiones omnes, quæ circa totū hoc sacra
mentum incidere possunt; partim in meis locis: partim in Ca
techismo sufficienter solui. Verum de partibus huius co
enæ, quæ respondet?

EXAMI. Una est hæc cena, unum sacramentum, quod in
species partimur duæ, in partes nullas. Una est species. Ac
cipite & comedite. Hoc est corpus meum. Altera est spe
cies. Bibite ex hoc omnes &c.

SUPER. De duplice huius coenæ manducaione consule lo
eos nostros communes & Catechismum nostrum. Sed effe
ctus huius coenæ audire gestio.

EXAMI. Accipere remissionem peccatorum proprius est
huius coenæ effectus. Ex rebus cognatis sunt effectus. Ha
bere iustitiam, & uitam.

SUPER. Præter dictos nunc effectus, hæc cena cum signis
omnes effectus communes habet. Contrarijs contra hanc
coenam te puto contrariari.

EXAMI. Iliis non solum sum contrarius, sed etiā aduersus.

EXAMEN SUPER LOCVM

De oratione.

SUPER. Restat nunc & de oratione tecum conferre, quæ
sola est, qua impetramus omnia, quibus tum in anima, tum
in corpore

in corpore opus habemus: Item, qua agimus gratias Deo pro suis in nos beneficijs: tandem qua & licet nobis omnibus nostris aduersarijs, tam spiritualibus, quam corporalibus resistere. Ad hanc Christus confugit in extrema necessitate Matth. 26. Ad hanc uult Apostolus in periculis consisteremus, ad Ephesios sexto, ut ualeamus resistere aduersarij santi Satane.

E X A M I . Oratio est, qua aut petimus aliquid a Deo, aut illi gratias agimus pro rebus acceptis.

S V P E R . Placet definitio ex partibus seu specialibus orationis. Sunt enim orationis due partes, uel species. Inuocatio seu petitio, qua inuocamus Deum pro aliquid, uel a Deo aliquid petimus. Gratiarum actio, qua pro acceptis beneficijs agimus gratias Deo. Harum partium seu specierum orationis naturam si placet cognoscere, perlustrandi sunt Psalmi Davidis, qui ferè omnes aut maiori ex parte, ad prædictas duas species referri possunt. Ceterum de causis orationis quid putas?

E X A M I . Causæ orationis & maximè inuocatoriæ sunt quatuor Præceptum, promissio, fides, & necessitas,

S V P E R . Præceptum est quo sumus certi Deo nostram orationem placere. Petite & pulsate Ioan. 16. Promissio est, qua promittitur exauditiō: & dabitur uobis, & aperietur uobis. Fides est, quæ impetrat exauditionem. Marci. 11. Quæcunq; orantes peritis, credite, quod accipitis, & erunt uobis.

Necessitas efficit ne in uanum oremus aut frigidè, & prebet ad orandum occasionem. Esa. 6. In angustia quæsierunt te domine.

Formales sunt orationis causæ, in nomine Christi orare, & ex cordis affectu. Ioan. 16. Quæcunq; petieritis a patre meo sub nomine meo, accipietis. Esa. 29. Populus appropinquit mihi ore suo, & labijs me honorat: sed cor eorum procul

DE SYNODIS.

est à me &c. Hic Deus cor requirit seu affectus cordis consentientes orationi.

Gratiarum actio propriam suam causam à debito sumit, uel à decoro. Quia enim multa beneficia à Deo accipimus semper: ergo debemus illi uicissim gratias agere: ergo decet nos illi gratos esse.

In uitatorię cause ad orationem esse possunt. Primum quia fecimus orationem iusti efficacem esse coram Deo: deinde, quia scimus orationem habere comitem exauditionem: tertio, quia scimus gratiarum actiones gratissima esse Deo sacrificia. Porro qui nunc sunt orationis effectus?

E X A M I. Generalior & magis proprius inuocatorię seu petitorię orationis effectus est exauditio, ut accipias petita, libereris è periculis &c. Sed exauditio non sequitur ex operato, quia oras: sed propter promissionem tantum, orationi annexam. Promissio est. Petite, & dabitur uobis: item, exaudiimur et propter Christum, sub cuius nomine oramus. Iuxta illud. Quicquid petieritis à patre, sub nomine meo ad cipietis.

Orationis, qua gratias agimus Deo, effectus est gratiarum actio, qua Deo gratias agis pro suis in te beneficijs, illum laudas, illum magnificas, confiteris nomen & gloriam illius &c. **S V P E R.** De oratione nunc consentimus: porro iam te oportet & admoneo, ut tu diligenter ores, quo Deus dignetur tibi aperire à die in diem maiorem uerbi cognitionem: det tibi Deus clauem David, ut cum apertione oristui predices uerbum Dei cum libertate: largiatur tibi spiritum sanctum in omnibus rectorem & ductorem tuum: addat tue prædicationi incrementum & fœlicem successum, ut cū fructu tuorum auditorum uerbum annuncies. Hortaberis & ecclesiam ad sedulo ac diligenter orandum ut Euangeliū propagetur, regnum Christi latè fuseq; spargatur, impij conuer-

cantur, p̄ij à syncera religione non auertantur, fugetur Satan, confundantur aduersarij uerbi in hoc mundo, ut post hanc uitam salui siant. Hortaberis & ecclesiam ad seriam ac diligentem orationem, pro magistratu, ut sub hoc placidam & quietam uitam degamus, cum omnipietate & honestate, ut pax publica serueratur, & morum honestas excrescat. Hæreses contra orationem te improbare credo.

EXAMI. Improbo in uniuersum omnes.

EXAMEN SVPER LOCVM

De Magistratu.

SUPER. De magistratu quidam hodie uarias & horribiles opiniones habent, nunc eius dignitatem extenuantes, nunc eum prorsus tollentes: quare iam exte scire cupio & tuam de magistratu sententiam.

EXAMI. Magistratum pro ordinatione diuina colo, dignitatem eius quantum possum eleuo, tandem in animum meum nunq̄ induxi magistratum tollendum esse, aut nos illo opus non habere.

SUPER. Recte sapis. Sed queso magistratum mihi aliqua definitione describas.

EXAMI. Magistratus est opus Dei, ut punsat malos & seruet bonos. Ad Ro. 13.

SUPER. Opus Dei est magistratus: ergo non est opus dia-
boli, non est opus naturæ tantum, non est fortuita ordinatio aut institutio. Similes sunt loci cum Apostolo consentientes ad Ro. 13 Pro. 8. per me reges regnant, & principies consti-
tuunt iusta. Pro. 16. cap. Diuinant labia regis, id est, loquun-
tur ea, quæ placent Deo, & quæ Deus approbat. Sed quorū
obedientium est magistratus?

EXAMI. Primum quia ordinatio Dei est magistratus, unde scimus nostram obedientiam erga magistratum placere

DE SYNODIS.

Deo. Deinde, quia inobedientia erga magistratum peccatur contra Deum ad Rō. 13. Itaq; quisquis resistit potestati, ordinationi Dei resistit. Ibidem. Quapropter oportet esse subditos, non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam; hoc est, ne inobedientia polluat & conscientia peccato coram Deo. Tertio, quia obedientia multas promissiones habet à Deo. Quarto, quia inobedientiam sequuntur horribiles poenae.

SVPER. Est ne satis scire magistratum esse opus Dei?
EXAMI. Non est satis scire magistratus personas esse opera Dei, nisi & sciamus omnes magistratus leges & ordinaciones esse opera dei, deum illas approbare, & simul ad illas obedientiæ cultum nos ligare. Pro. 16. Labia regis diuinant nec fallitur in iudicio os eius. Ibidem. Libera & statera iudicium domini sunt. Et ipse autor est ponderum.

SVPER. Sed in quas secatur partes magistratus?

EXAMI. Unus est magistratus; nempe ciuilis, superior & inferior circumscriptus.

SVPER. Est ne inferiori eque obediendum ac superiori?
EXAMI. Aequa & equali obedientia. Qui enim Deus precipit magistratui obediendum esse, simul comprehendit & superiorem & inferiorem.

SVPER. Probas etiam curiositatem quorundam prædicatorum, qui immiscent se in electionem magistratus?

EXAMI. Non. Sed statuo electoribus legitimis, & ad eligendum ordinatis relinquendam esse electionem, ut eligant iuxta priuilegia Cæsarum, regū, principum &c. Item, iuxta consuetudines patrias.

SVPER. De effectibus magistratus certior fieri cupio,

EXAMI. Effectus magistratus sunt, punire malos, & conservare bonos. Ad Rō. 13. Et 1. Petri 2.

SVPER. Hi effectus prouersus ciuiles sunt, & ad seruandam publicam

Publicam honestatem & pacem ultissimi. Verum ne magistratus prorsus à se abjectat religionis curam, sciendum est & hoc esse præcipuum unum ex officijs magistratus, curare sacra, exemplo Davidis, Solomonis, Iosaphat, Iosue, Constantini, Theodosij, Henricorum & Ottomum Cæsarum. Et propter hoc magistratus officium, scripsit Esaias reges futuros ecclesię nutrīcios, & reginas nutrices.

A sequentibus contrarijs magistratus te diligenter dehortor. Ne magistratus dignitatem extenues: ne magistratum opus naturę aut diaboli facias: ne magistratus institutionē fortunę aut casui adtribuas: ne doceas impio magistratuſ non esse obediendū, aut tyranno: ne prædices Euangelium tollere magistratum, obedientiam ciuilem, ordinationes & leges magistratus, aut illa displicere Deo: ne immisceas te rebus ciuilibus, ut uel plebem contra magistratum moueas, illam uel in eligendo, uel deponendo, uel confirmando iuues: ne interdicas Christianis magistratum, aut contendas magistratum Christianum esse non posse, aut Christianum non decere bella gerere, uindictam exercere, & reliqua ciuilia officia præstare: ne neges magistratibus tributa aut uectigalia danda esse: ne neges magistrati honorem ac reverentiam exhibendam esse &c.

E X A M I. Ab his omnibus mihī cauebo diligenter, & dominum orabo, ne unq̄ sinat me in tam horribiles hæreses incidere.

EXAMEN SVPER LOCVM

De ministris Ecclesię.

SUPER. Quia his temporibus magnus est ministrorum ecclesię contemptus: igitur necessitas postulare uidetur, ut & de illis uerba communemus: primum quo cognita ministrorum autoritate, nos ministri animos contra contemptum

DE SYNODIS.

mundi accipiamus: deinde & habeamus certam ex uerborum
tionem, apud indoctam plebem de ministeriis & ministerio
uerbi disputandi. Tu ergo concedis ecclesiam ministeriis co-
rere non posse: item concedis ministerium uerbi in sacris lit-
teris benè fundatum esse?

E X A M I. Concedo & pro firma ueritate teneo. Et ^{10. cap.}
ad Ro. uel unum sufficeret ad stabiliendum ministerium
uerbi in ecclesia: ubi Apostolus elegantि gradatione pro-
bat, nos per ministerium uerbi ad salutem accedere.

S V P E R. Quos igitur uocas uerbi ministros, aut ut discre-
biseos?

E X A M I. Ministri uerbi sunt tales personae, quae ab Ecclesia
aut ab illis, quibus ab ecclesia commissum est, aut qui habent
uocandi ius, sunt ritè & legittimè uocatae, ordinatae & suscep-
ptae, in hoc ut prædicens purum uerbum, & sacramenta recte
distribuant, simulq[ue] inuigilant, quo omnia in Ecclesia cum
decoro & ordine fiant.

S V P E R. Placet definitio, quae apertius in clarescat sequenti
methodo. Ministros credo intelligis eos, qui ministrant in
Ecclesia, non qui pro imperio & animi libidine dominantur.

E X A M I. Benè. Nam minister nomen officij est, non digni-
tatis aut dominij. Et Apostolus ^{2.} ad Corinth. cap. ^{1.} non
uult dominator esse, dum dicit. Non quod dominemur uo-
bis nomine fidei, sed adiutores simus gaudijs uestri: nam fide-
statis. Priore ad Corinth. cap. ^{4.} confitetur ipse se esse minis-
trum. Sic nos uestimet homo, ut ministros Christi, & dispen-
satores mysteriorum Dei. Verum de electione, uocatione &
ordinatione ministrorum certior fiericupio.

S V P E R. Electio, uocatio & ordinatio hic idem sonant.
Fuit autem uocationis olim in Ecclesia magna varietas. Acto-
rum ^{1.} legitur Matthias in loco Iudei pditoris forte electus.
Paulus præcipit Tito cap. ^{1.} ad Titum epistole, ut oppida-
tim con-

tim constitutat & ordinat presbyteros, unde apertum est
olim ministros ecclesiæ à vicinis Episcopis fuisse ordinatos.
Ex historijs constat & patrū scriptis, Ecclesiam aliquan-
do elegisse & uocasse ministros: vicinos autē Episcopos uos-
catos & electos approbasse. Lege lib. 8. Tripartitæ historiæ.
De hoc more uocandi & eligendi ministros agit & Cypria-
nus epistola 3. & 4. ad Cornelium. Quando Episcopus in
locum defuncti substituitur, quando populi uniuersi suffra-
gio eligitur. Epistola 4. Propter quod plebs obsequens
præceptis dominicis &c. Deum metuens, à peccatore præ-
posito separare se debet, nec se ad sacrificiū sacerdotis sacri-
ficia miscere, quando ipsa maximè habet potestatem uel eli-
gendi sacerdotes, uel indignos recusandi.

Postea approbatio electi Episcopi aut ministri abiit à ui-
cenis Episcopis ad omnes prouinciales: quæ constitutio cum
& ipsa esset difficultis, tribus cessit approbatio, uel præsentia-
bus, uel per scripta consentientibus. Dist. 64. cap. Episcopi.
EXAMI. Quam nunc formam uocandi magis approbas?
mihiuocatio ab Ecclesia magis arridet.

SUPER. Ecclesia quia claves habet: sanè & ius eligendi &
uocandi ministros habet: sed quia uulgaris imperitum, sepe
infanū, olim pro affectibus, quibus plerumq; ducitur, nunc
hos, nunc illos elegit, sepe ex fauore indignos; deinde coor-
tis etiam sepe seditionibus inter eligendum, credo uocatio-
nem ad certas personas abiisse, maximè uero ad magistratu-
m, qui fortassis suas causas habuit, ius uocandi ministros
ad se accipere, ad euitanda multa pericula.

EXAMI. Quid si hodie renato puro uerbo, Ecclesia ius uoc-
andi ministros ad se recipere, num id etiam pie facere pos-
set?

SUPER. Quia ius illud ad magistratum ferè abiit, non esset
X iiiij

vitum id repetere, nec credo illud ius sibi eripi patet
magistratus: quare satius est ius illud magistratui relinque
re, quam cum tumultu repetere: cum alioqui sit magistra
tus officium, curare sacra, & nutritre ministros. Et uelideo
placet ius uocandi ministros apud magistratum manere, quia
hic fortassis commodius potest ecclesie doctis et eruditis mi
nistris prospicere, quam homines plebei, in quibus nunc
adeo male mentes habitant, quod uix possit in plebe recta &
usta uocatio fieri.

E X A M I. Necego admodum repugnare in tuę sententię
nisi uiderem magistratum suo iure abuti, et ex suo iure mag
num quęstum facere, dum neminem admittunt ad mini
strum, nisi prius numerato aliquo argenti pondere.

S U P E R. Sic agere, non est recte agere. Sed quid mihi re
est cum illis, qui Simoniam exercent, illi aliquando summo
Deo dignas poenas dabunt,

E X A M I. Ad quid prodest uel ab Ecclesia uel ab illis, qui
bus ab Ecclesia commissum est, uel ab illis, qui nunc ius uo
candi ministros habent uocari?

S U P E R. Primum prodest Ecclesie, ut sciat se legittimo
ministros habere, ideo & Deum fortunaturum illorum pr
dicationem: deinde prodest ministris, ut legitime uocati
bona conscientia in suo ministerio versari possint. Voca
tioni legittimè aduersatur propria ingestio, uictum super
omnem modum magnum. Nam quis eingerunt in ministr
ium uerbi, illi nuncq; habent bonam ac tranquillam consci
entiam, & raro sciliciter & cum fructu auditorum prædi
cant: sepe autem tumultus excitant: sepe totum ecclesie or
natum tollunt, & dissipant omnia. In summa, Deus non be
nedicit proprię ingestionis.

Sed quam uarij sunt ecclesie ministri?

Exam.

EXAMI. Propter præsentem ecclesiæ faciem, non possum
uarietatem ministrorū probè perspicere; tu ergo dic, quam
sint uarij,

SUPER. Varij ministri ecclesiæ ex uarijs donis colligi pos-
sunt; si qui donum sermonis sapientiæ habet, sermocinato-
rū potest; qui donum sermonis scientiæ, sciens potest dici;
quibus bona sanationum, sanator &c. de quibus donis, & mi-
nistris uide Apostolum 1.ad Corinth.12.

Fuerunt & olim Prophetæ in Ecclesia, qui priuatas & sin-
gulares reuelationes habuerunt ad uaticinandum futura.

Fuerunt & Apostoli singulariter ad prædicandi officiū
missi. Et farraginem ministrorum uerbi recenset Paulus
ad Ephes.4. ubi ait. Et idem dedit, alios quidē Apostolos,
alias uerō Prophetas, alios Euangelistas, alios autem pasto-
res ac doctores &c.

Ego pro statu nostrorum temporum, & facie nostrę ecclæ
sie, puto sufficere hos ministros; presbyteros, Episcopos, pa-
stores, doctores, dispensatores sacramentorū, & diaconos.
Presbyteros uocos homines ètate, doctrina & consilijs gra-
ues, qui in arduis rebus ad ecclesiam pertinentibus in consi-
lium adhibeantur, qui decorum, utilitatem, pacem & feli-
cem atq; beatum ecclesiæ statum querant & tueantur, non
armis, sed doctrina & consilijs.

Episcopos uoco, quos hodie superintendentes appella-
mus, potentes in doctrina ad conuincendum aduersarios
uerbi puri, aptos ad examinandū ministros alios, qui recipi
debent, idoneos ad celebrandas synodos, & ad inuigilandū
ut pure alij prædicent, sacra menta pie distribuant, honeste
uiuant, tandem ut omnia ordine & cum decoro in Ecclesia
flant.

Pastores rectores Ecclesiarum uoco, quorum est regere
instar pastoris & defendere simul.

Doctores

1835230

DE SYNODIS.

Doctores appello, quia tantum docent in Ecclesia, & nulli
sunt alijs oneribus grauati sunt.

Dispensatores sacramentorum dico, quos hodie Sacel-
lanos uocamus, qui & distribuunt sacramenta, & infirmo-
rum curam agunt.

Diaconos intelligo eos, qui colligunt eleemosynas ab Ec-
clesia, & collectas in pauperes diuidunt.

EXAMI. Quur opus habemus tot ministris in Ecclesia?
SVPER. Ut cuncta in Ecclesia recte & ordine expediantur
nemo enim simul duo recte curare potest. Vnde & Apolo-
tidixerunt Act. 6. Non est placitum, ut nos derelicto sermo-
ne Dei ministremus mensis &c. Et Poëta dixit. Pectora no-
stra duas non admittentia curas. Item, quam omnia fiunt re-
glicherter, ubi uni imponitur, quod multorum est, satis do-
cet status hodiernæ ecclesiæ. Ceterum quales nunc oportet
esse ministros ecclesiæ?

EXAMI. Irreprehensibiles tam in doctrina, quam in uitæ
moribus. Et sic describit ministros ecclesiæ Apostolus ad
Timoth. 3. Et Titum 1.

SVPER. Sed qui sunt ministrorum ecclesiæ effectus?

EXAMI. Prædicare uerbum pure.

Distribuere sacramenta sincerè.
Increpare, arguere, monere peccatores, & publicis crimi-
nibus obnoxios excommunicare.

Absoluere rursum agentes poenitentiam.
Inuigilare ut omnia ordine & cū decoro in Ecclesia fiant.

His adhuc plures addi possunt ex sacris literis.

SVPER. Ceterum contrarias hæreses contra ministerium
uerbi & ministros credo te improbare?

SVPER. Improbabo omnes.

SVPER. Sed sit hic finis examinis.

EXAMI. Sit & Deo gratia.

Finis huius Dialogi. 1539.